This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.



LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

STADTBÜCHEREI
POTSDAM

STANFORD LIBRARY
FEB 16 1966
STACKS

DD491
P2 R5
v.1
v.19

Riedel's

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Sammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen

für die

Geschichte der Mark Brandenburg

und ihrer Regenten.

Fortgesetzt auf Veranstaltung

des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

HAUPTBÜCHEREI POTSDAM

Des ersten Haupttheiles

oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte

neunzehnter Band.

Du[illegible]
der Brandenburg [illegible] Hochschule
Bibliothek [illegible]
Verwaltungsbücherei der Stadt Potsdam
410.

Berlin.

G. Reimer.

1860.

STADTBÜCHEREI
POTSDAM

STANFORD LIBRARY
FEB 16 1966
STACKS

Fünfte Abtheilung.

Die Neumark.

(Fortsetzung.)

Inhalts-Verzeichniß.

		Seite
VIII.	Küstrin, Bärwalde, Zellin und Quartschen	1.
IX.	Zehden, Mohrin und Schönfließ	65.
X.	Drossen, Reppen und Zielenzig	124.
XI.	Königsberg	173.
XII.	Marienwalde	443.

Bibliothek
der Brand... ...des u. ...
... Potsdam

VIII.

Küſtrin, Bärwalde, Zellin und Quartſchen.

I. Laurentius, Biſchof von Lebus, überläßt dem Tempelorden den Zehnt von 1000 Hufen bei Küſtrin, im Jahre 1232.

Ego laurentius, miſeratione diuina lubucenſis Epiſcopus, notum facio preſentibus et futuris preſentem paginam inſpecturis, quod fratribus militie templi in ſubſidium terre ſancte iheroſolimitane contuli decimas mille manſorum in confinio Cozſterine apud fluvium mizla in epiſcopatu lubucenſi cum conſenſu capituli lubucenſis in perpetuum poſſidendas, tali ſcilicet pacto, quod ipſi de ſingulis manſis annuatim eccleſie noſtre duas menſuras lubucenſes perſoluant vnam tritici alteram ſiliginis finita libertate, que datur colonis, exceptis tamen ex hac ſolutione manſis, qui ſcultetis ratione locationis libere debentur, pro remedio animarum mee uidelicet et predeceſſorum atque ſucceſſorum meorum et concanonicorum. Et ne quis — ſcripta preſentia et ſigillis meo ſcilicet et Capituli roborari dignum duxi. Datum Anno gratie M°. CC°. XXX°. II°., Indict. V. Exiſtentibus Andrea, Decano, Pribizlao, prepoſito, Boruto, Scolaſtico, Ratzlao et Wolverammo, Canonicis.

Wohlbrück's Geſchichte des Bisthumes Lebus I, 60.

II. Herzog Wladislav von Polen ſchenkt dem Tempelorden Quartſchen mit 1000 Hufen Landes nebſt verſchiedenen andern Orten, im Jahre 1232.

Ego wlodizlaus, dei gratia dux Polonie, notum facio preſentibus et futuris, quod conſentientibus dilectis vxore mea hadewige et filiis primizlo et bolezlao, propter reuerentiam ſancte Crucis ſancteque virginis dei genitricis marie, pro ſalute ſcilicet mea parentumque meorum et in ſubſidium terre ſancte iheroſolimitane dedi venerabili domui militie templi fratribusque ad eam pertinentibus hoſpitale Gniznenſe cum omnibus ſuis attinentiis, addens eidem villam Cinitlo cum

alia parua villa adiacente et lacum etiam Rogov. Ad hec villas duas Oporino et Moclisov pertinentes ad zun. Contuli quoque dicte domui templi villam velikauetz cum omnibus suis attinentiis. Insuper chvartsane villam, super mizzla fluuium sitam, cum mille mansis et foro infra terminos illorum habendo iure et more teutonicali omniaque supranotata domino deo contuli cum omni libertate et vtilitate, que eis in presenti suppetere poterunt et in futuro. Ceterum vt mea donatio heredumque meorum perpetuam apud successores nostros obtinere possit firmitatem, presentem paginam scribi sigillique mei appensione precepi decorari, Testes quoque subnotari, quorum sunt hec nomina: Dominus Paulus, poznan. episcopus, Bogumil, castellanus de bnim, Bronis woido, Albertus, castellanus de poznan., Kystamp, castellanus de stargard, Cecirad, castellanus de Cybusim, lutog'nev, venator de kalis, et alii quam plures nobiles. Acta autem sunt hec Anno Incarnationis dominice Millesimo Ducentesimo Tricesimo Secundo, Indictione Qvinta.

Wohlbrück a. a. O. I, 61.

III. Herzog Barnim von Pommern vereignet dem Tempelorden 200 Hufen Landes mit dem Dorfe Darmiezel, im Jahre 1234.

— — Barnim, Dei gratia Dux Sclauie, vniuersis christi fidelibus inperpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos Ad honorem dei et sancte Marie in subsidium terre sancte Iherosolimitane fratribusque militie Templi villam, que dicitur Dargumiz in terra Chinz iuxta Aquam, que Mizla wlgari nomine appellatur, cum Ducentis mansis, cum omni libertate et vtilitate, nec non Jure Teutonicali contulimus et donamus possidendam. Huius rei testes sunt Barnizlaus, Svytin, Jacobus, Simon, Wenssclaus, Gustisclaus, Mirosclaus, Chalo, Magister in Staregarde, et Cristianus, frater eiusdem loci, et alii quam plures. Vt autem hec nostra donatio firma sit et stabilis, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in Staregarde, Anno domini M°. CC°. XXXIIII°.

Wohlbrück a. a. O. I, 66.

IV. Herzog Barnim von Pommern schenkt den Tempelherren das Land Bahn und begiebt sich zu ihren Gunsten seiner Rechte an Küstrin, am 28. Dezember 1235.

In nomine domini amen. Nos Barnimus, dei gracia Dux Slavorum, fidelibus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Religiosos viros, Fratres domus militie Templi Hierosolymitane, pro religione et honorificentia sua tanto propensius

Zelo nominis Chriſtiani decet diligere ſpeciali prerogativa dilectionis quemlibet Chriſtianum, quanto puriorem devotionis fervorem ſuper Orientalis eccleſie tutela exhibent efficacem. Ea propter tam preſentibus quam futuris notum eſſe cupimus, quod nos Barnimus, Dux Slavorum, inſpiratione divina ejus captantes benevolentiam, a quo omne datum optimum et omne bonum profectum eſt, deſcendentes in ſubſidium terre ſancte, quam ſuo Dominus ſanguine conſecravit, totam terram, que Banen vulgariter appellatur, cum omni utilitate, libertate, aquis, villis, pratis, lacubus et ſilvis, ac proventu, que inpreſentiarum ac in futuro provenire poterunt, Fratribus militie domus Templi de bona voluntate contulimus antedictis, cum omni jure ac jurisdictione perpetuo poſſidendam, plenam addentes eis, ut in civitate ipſorum, Banen vulgariter appellata, forum habere poſſint, facultatem, ab omni jurisdictione noſtra liberum et immune, ſic quomodo ſibi ac ſuis commodum viderint ac profectum generare. Hoc adjecto, quod jus civile ad conſuetudinem Brandenburgenſis ditionis in ſua terra rite obſervari Fratres faciant ante dicti. Limites vero jam predicte terre Banen, videlicet nuncupate, hijs terminis diſtinguuntur. Limitantur nempe primo a ponte, qui vocatur Michelesbrukke, ubi perfluit fluvius Colpiz dictus; de jam dicto ponte per medium ſtagni, quod Pynnow dicitur, deinde ad collem Banewitz nuncupatum, poſtea per antiquam viam uſque ad altum pontem, ubi perfluit aqua Tywe; a quo ponte per antiquam viam ad IV arbores ſitas in fine nemoris, dicti Bochwalt, deinde per vallem, que deſcendit per idem nemus uſque ad ſitum, qui vocatur Silve renmos, deinde per antiquam viam, que Lantſtig dicitur, uſque Stenwer in fluvium Roreke vulgariter appellatum. Poſſeſſionem eorundem ratam habentes et gratam, in nullo eam perturbare volentes aut turbari, ab omni advocatia, exactione ac moleſtia fratres predictos ac eorum homines perpetuo volumus eſſe liberos et immunes. Porro, ſi quid juris aut jurisdictionis in terra, Cuſterin nuncupata, ne vel a nobis aut heredibus noſtris occaſione talium in futuro pretextu pacti alicujus moleſtiam aliquam paciantur aut jacturam, omni caſu aut ſcrupulo, qui proceſſu temporis ſuper eorum poſſeſſionibus poſſet ſuboriri, ſopitis, nullo nobis jure aut jurisdictione in poſſeſſionibus eorumdem reſervatis, ad eorum utilitatem perpetuam et profectum pia liberalitate ac munificentia omnimode relaxamus. Heredes autem ſepe dicte terre et villarum in ea ſitarum in noſtra preſentia conſtituti, quicquid juris in ipſa terra et villis addixerant vel attribuerant ſibi, bona voluntate penitus relaxarunt. Nomina vero heredum hec ſunt: Barnislaus, Symon, Snitin, Jacobus, Wenzlaus, Gutislaus, Symon, Nicolaus, Leonardus, Jargoneus, ſubſcriptis teſtibus viris fide dignis, quorum ſunt hec nomina: Thegem, Hermannus, Sacerdotes, Chalo, magiſter in Staregard, Suicislaus, filius Borwari, Pribizlaus, Wieczlaus, Lytubor et alii Clerici et Laici quam plures. Ut autem hec noſtra donatio terre ſancte fratribus militie Templi rata et inconvulſa permaneat, preſentem paginam ſcribi juſſimus ſigilli noſtri munimine roborandam. Datum in Spandow, Anno Domini MCCXXXV., in die martyrum innocentum.

Nach alter Copie. Zu vgl. Buchholtz Geſch. der Churmark IV, Anh. S. 64.

V. Papſt Gregor IX. beſtätigt den Tempelherren die ihnen von dem Biſchofe zu Lebus üb laſſenen Zehnten von Ländereien um Küſtrin, am 22. September 1238.

Gregorius, epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Magiſtro, fratribus Domus m litie Templi in Teutonia ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quum a nobis petitur, q juſtum eſt et honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem of noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris juſtis poſtulati bus grato concurrentes aſſenſu decimas Noualium de Cuſtrina, quas venerabilis frater no Epiſcopus Lubucenſis ſpectantes ad ipſum capituli ſui accedente conſenſu nobis pia et p uida liberalitate donauit, prout in ipſorum literis ſuper hoc confectis plenius dicitur, contineri, f eas juſte et pacifice poſſidetis, vobis et per vos Domui veſtre auctoritate apoſtolica confirmai et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſi pſerit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe nouerit inc ſurum. Datum Anagnie, X Kal. Octobr., pontificatus noſtri anno duodecimo.

Gercken's Codex V, 283.

VI. Papſt Innocenz IV. beſtätigt dem Tempelorden alle Zehnten, Grundſtücke und Einkü in Quartſchen, Chins, Bahn, Lezenitz und andern Orten, am 18. Januar 1247.

Innocentius, epiſcopus, ſeruorum ſeruus dei, Dilectis filiis preceptori et fratribus m litie domus templi in alemannia Salutem et apoſtolicam benedictionem. — — — veſtris iu poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Decimas, terras, Redditus, poſſeſſiones et alia bona veſ que in de Quarſan, de chins, de banen, de lezenitze, de henrikeſtorpe, de temp bergbe, de Marquardeſtorpe, de Nyentemple, de Colaz villis et terris habitis, ſicut iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis et per vos domui veſtre auctoritate apoſtolica confirmamus. — Salua in predictis decimis moderatione concilii generalis. — — Datum lugduni, XV kal. bruarii, pontificatus noſtri anno quarto.

Wohlbrück I, 115.

VII. Herzog Boleslaus von Polen bezeugt, daß sein Vater Ladeslaus das ganze Land Küstrin, ingleichen zwei zu Santock gehörige Seen dem Tempelorden vereignet habe, am 13. Februar 1259.

In nomine patrif Et filii et fpirituf fancti Amen. Operationif Sancte propofitum nulla debet occafio inpedire. Ego igitur Bolezlauf, Dux Polonie, tenore prefentium recognofco, quod clare memorie Lodezlaus, Dux Polonie, pater meus, matrif mee Hadeuigis nomine ac fratris mei Prymyzlonis fimul et meo accedente confenfu, pro mea parentumque meorum animabus Totam Terram, Cvfteryn uulgariter nuncupatam, cum Agris, villis, aquis ac omnibus utilitatibus ad eandem terram pertinentibus Terre fancte Jerofolomitane fratribusque Militie Templi contulit perhenniter et perpetue poffidendam, theloneo nobis duntaxat de magnis nauibus allecia deportantibus referuato, a quorum folutione homines eorundem fratrum voluit effe liberos et immunes. Termini vero predicte terre a Myzla et Nezze fluuiis ad Odram et ufque ad limites Pomeranie protenduntur. Addidit preterea fratribus antedictis duos lacus Bothfcowe et Oftviz ad caftrum Zantoch olim pertinentes, alias ipfis conferens donationes, prout in ipforum literis fuper hoc confectis plenius continetur, quas omnes de certa fcientia confirmaui. Et ne aliqua perinde in pofterum oriri poffit calumpnia fubfcriptione teftium et prefentis figilli munimine roboraui. Teftes igitur funt Pretpolcus, Palatinus, Boguphalus, Caftellanus Poznanienfis, Nycholaus, Prepofitus in Zantoch, et alii quam plures Clerici ac laici fide digni. Datum in Poznan, anno domini millefimo CC°. LIX°. III°., Idus februarii.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives (K. 480).

VIII. Widekind, Präceptor des Tempelordens, überläßt den Markgrafen Johann und Otto Soldin mit mehreren Dörfern, wogegen diese ihre Anfprüche auf Quartfchen, Damm und andere Orte aufgeben, am 31. Dezember 1262.

Nos frater widekinus, domorum militie templi in alemania et flauia preceptor, volumus effe notum criftí fidelibus vniuerfis, ad quos peruenerit prefens fcriptum, quod accedente fratrum noftrorum confilio et confenfu fuper controuerfia, que inter Illuftrem principem dominum Iohannem, nec non inclitum germanum ejus dominum ottonem, marchiones brandenburgenfes, ex vna parte et fratres ejus atque domum ex altera vertebatur, prefentibus domino Jordano, noftri ordinis presbitero, fratre Sifrido de Anvord, fratre Frederiko de Soltwedel, fratre Henrico de Efbeke, fratre Gerkino, prouifore domus in leznitze, et multis aliis fide dignis concordavimus cum eisdem marchionibus amicabiliter et fincere, Recognofcentes et proteftantes dominorum dictorum fratrum noftrorum confilio pariter et voluntate, nos dimiffe eisdem marchionibus opidum cum omni iure, quod in ipfo habuimus, infuper et has villas Clöznitz, warnik, Tamprofowe, pudignowe et witze cum earundem terminis et diftinctio-

nibus, juribus et utilitatibus, ſicut eas dignoſcimur vſque ad hec tempora poſſediſſe. Curiam quoque et ſtagnum ſoldin cum CCCtis manſis et eorundem diſtinctionibus ex utraque parte aque mizle huc uſque habitis, cum omni iure et libertate dimiſimus ſimpliciter marchionibus antedictis. In reſtaurum vero bonorum predictorum ipſis libere dimiſſorum renuntiauerunt marchiones omni actioni et iuri, quod habere videbantur in hiis bonis noſtris, videlicet curia Quartzan, tyſcher, willekinesdorp, torbamſtorp, boguzlawe, dargumizle, Obran, damme, Carkzowe, Gutiſtorp et nywik, conferentes inſuper nobis et domui noſtre villam culinkze cum aliis villis prenotatis et earundem diſtinctionibus, de heredum ſuorum approbatione voluntaria et aſſenſu, cum omni iuris et iudicii integritate et libertate, proprietatis tytulo perpetue poſſidendos et nullum nobis prorſus in eisdem bonis tedium deinceps facient aut grauamen. Vt igitur premiſſa dictis Marchionibus et ipſorum heredibus maneant futuris temporibus inconwlſa, preſentem paginam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec in Turglowe, anno domini M°. CC°. LXII°., pridie Kal. Januarii, adhibitis teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec: frater Gozwinus de Madeburg et cetera.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

IX. Cardinal Guido beſtätigt als päpſtlicher Legat einen Vertrag der Biſchöfe von Camin und Lebus, wornach das Land Küſtrin der Diöceſe des letztern, dagegen das Land Chinz der Diöceſe des erſtern Bisthumes angehören ſoll, am 7. Dezember 1266.

Venerabili patri Dei gracia Epiſcopo Caminenſi, frater Guido, miſeracione diuina tituli ſancti Laurencii in Luc. presbiter Cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, Salutem in domino ſempiternam. Cum a longe retroactis temporibus ſuper limitibus Lubucenſis et Caminenſis dioceſis diſcordia haberetur et ipſa per uenerabilem patrem et archiepiſcopum Liuonie, Eſtonie et Prutzie, apoſtolice ſedis legatum, per modum pacis amoto juris ſtrepitu concordata fuerit et ſedata, ita quod terram Coſterin deinceps eccleſia Lubucenſis poſſidere debeat et terram Chintz cum ſuis attinenciis integre Caminenſis eccleſia poſſidebit, quibusdam in eadem terra Chintz exceptis decimis, vni duntaxat prebende pertinentibus capituli Lubucenſis, ſupplicaſti nobis humiliter ipſam concordiam, ordinacionem ſeu ſedacionem a nobis qua fungimur autoritate confirmari. Nos autem eandem, prout juſte facta eſt, confirmamus et tenore preſencium communimus. Datum Magdeburgi, ſeptimo ydus decembris, pontificatus domini Clementis Pape quarti anno ſecundo.

Nach dem Caminſchen Copialbuche des Pommerſchen Provinzial-Archives.

X. Papſt Gregor X. befreiet die Tempelherren von der Entrichtung der für die Befreiung des heiligen Landes beſchloſſenen Zehnten, am 14. Oktober 1274.

Gregorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Magiſtro et fratribus domus militie Templi Jeroſolimitani Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ipſa nos cogit pietas, honeſtis peticionibus ueſtris exauditionis graciam non negare, quibus efficax ex eo patrocinium ſuffragatur, quod pro criſtiane fidei tutela, cui perpetuum religionis noſtre obſequium dediciſtis, in ſeruore caritatis intrepide ac prudenter exponitis contra infidelium impetus res et uitam. Sane petitio ueſtra nobis exhibita continebat, quod nuper nos in Concilio generali, uolentes Terre ſancte, que ab inimicis nominis criſtiani detinetur miſerabiliter occupata, remedia procurare, per que poſſet de ipſorum inimicorum manibus liberari, decimam omnium prouentuum eccleſiaſticorum, prouentibus quorundam religioſorum duntaxat exceptis, pro ipſius terre ſubſidio duximus deputandam. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum uos ad hoc principaliter laboretis, ut uos pariter et omnia, que habetis, pro ipſius terre ſancte defenſione ac criſtiane fidei exponatis, nos eximere a preſtatione huiusmodi decime de benignitate apoſtolica curaremus. Nos igitur attendentes diſcrimina, que pro defenſione predicte terre ſancte continue ſuſtinetis, ac uolentes uos propter hoc ſpeciali proſequi gracia et ſauore, uobis quod de prouentibus ueſtris decimam huiusmodi ſoluere minime teneamini, nec ad id compelli poſſitis, auctoritate preſentium indulgemus, Nolentes quod occaſione ipſius decime aliquam excommunicationis ſententiam iam latam uel proferendam de cetero incurratis et ſi in uos uel ueſtrum aliquem nominatim ferri contigerit, eam uires decernimus non habere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni, II. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Nach dem vom Herrn Geh. Regiſtrator Voßberg mitgetheilten Originale. Vgl. L. v. Ledebur Allg. Archiv XVI, 298. Auf der Rückſeite des Documentes ſteht der Name Quarzan: die Ausfertigung war daher wohl für dieſe Comthurei beſtimmt.

XI. Herzog Przemislav von Polen beſtätigt dem Tempelorden Quartſchen und Velaves, am 5. November 1282, transſumirt vom Biſchofe Conrad von Lebus, am 12. November 1284.

Nos Conradus, miſeratione diuina epiſcopus lubucenſis, notum facimus omnibus — — quod litteras illuſtris principis premizlonis, ducis majoris polonie, non cancellatas — uidimus — in hec verba.

— nos ſecundus premizlo, dei gratia dux polonie, notum facimus — quod — — eam donacionem, quam auus noſter illuſtris princeps dominus vlodiſlaus, dux polonie, de conſenſu dilecte conſortis ſue domine hadwigis et filiorum ſuorum domini premizlii, patris noſtri kariſſimi, necnon domini bolezlay, patrui noſtri dilecti, venerabili domui milicie templi fratribusque

ad eam pertinentibus ſuper proprietatibus inferius notatis vite ſue temporibus racionabiliter fecerat, Quarczano uidelicet et velaues cum eorum omnibus attinenciis et prouentibus — de noſtra non ficta uoluntate et ſalubri habito noſtrorum baronum conſilio innouamus noſtris priuilegiis ſtabiliter confirmantes, ita uidelicet quod iam dicte proprietates domus templi ab omnibus exactionibus polonicis et theutonicis nobis et noſtris baronibus pertinentibus et omnes ville ipſis ſubiacentes perpetuo ſint penitus abſolute a ſtroza, a naraz, a pouor, a puod, a poduozne, a caſtri citatione, a boue, a vacca, nulli eciam caſtellano ſubiacere teneantur, homicidium perpetratum inter incolas et terminos dictarum proprietatum fratres domus templi pro ſe tantum excluſis omnibus aliis percipiant ex integro, iudicare eciam habeant omnes cauſas paruas et magnas eiusdem iudicii fructus integraliter percipiendo. Ipſas vero proprietates perpetuo abſoluimus ab omnibus exactionibus, que nunc ſunt et proceſſu temporis poterunt exoriri, quocunque nomine cenſeantur, ſicut in priuilegio aui noſtri dicti ſuperius continetur. — — Datum in poznan, Anno gratie domini M°. CC°. LXXX°. II°., Nonas nouembris.

In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillo noſtro fecimus communiri, Anno domini M°. CC°. LXXX°. IV°., in die beati briccii epiſcopi et confeſſoris.

Wohlbrück I, 145.

XII. Biſchof Hermann von Camin beſtättgt dem Tempelorden unter Vorbehalt einer jährlichen Abgabe für ſich und ſein Domcapitel das Uebermaaßland von allen ihren Dörfern in ſeiner Diöceſe, am 25. Auguſt 1285.

Chriſti fidelibus vniuerſis nos Hermannus, dei gratia Caminenſis eccleſie epiſcopus, proponentes — in conſpectu noſtro diuini nominis cultum ac multifarie multisque modis obſequia nobis ac noſtris per dilectos nobis in criſto preceptorem et fratres domus milicie templi affectuoſe exhibita, — indulgemus eisdem, ut omnes manſos, agros cultos et incultos, prata, paſcua et piſcationes et campos reſiduos vltra menſuram in priuilegiis prefectorum ac ipſorum, qui de nouo locauerunt villas, comprehenſam, libere valeant, cum omni vtilitate ac prouentu, in ſuos vſus conuertere, prout eſſe perſpexerint condecenter, nichil nobis ac poſteris noſtris in eorundem fratrum bonis reſeruantes iuris, preter triginta octo talenta Brandeburgenſium denariorum nobis ac duodecim talenta et quatuor denarios minus ſeptem ſolidis, que ſine contradictione ſev difficultate qualibet noſtris Caminenſibus canonicis annuatim perſoluantur, volentes in omnibus aliis parcere fratribus memoratis, vt commodius poſſint pauperibus pro ſua poſſibilitate, prout ipſis dominus inſpirauerit, elemoſinas elargiri. — Datum in nouo Brandeburg, in Craſtino beati Bartholomei, Anno domini Milleſimo CC°. LXXXV°. Teſtes ſunt frater Heinricus, Commendator domus de quarzan, frater Bernardus in Rorek et frater Hermannus, presbiter ibidem.

Aus L. v. Lebebur's Allg. Archiv XVI, 316.

XIII. Markgraf Albrecht bekundet die Grenzen der Besitzungen des Tempelordenshauses zu Quartschen, am 23. April 1295.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Nos Albertus, Marchio Brandenburgensis, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem sempiternam in omnium saluatore. Quum per uarietatem — — — Ea propter noscat venerabilis etas presencium et commendabilis successio futurorum, quod nos multisaria seruicia nobis exhibita et beniuolencias fratrum sancte militie templi in quarzanis pre oculis habentes, prout ueridice instructi a fidelibus nostris fasallis sumus plenarie et antiquius, quod pater noster pie memorie Otto et patruus noster Johannes, Marchiones Brandenburgenses, cum suis discretis nobilibus terre accedentes, metas et distinctiones inter ipsos et fratres milicie templi quarzanis et confinium ipsorum inuiolabiles firmauerunt, ab aqua, que senece dicitur, omnes antique mete ascendente merica inter Blumenberc et bogusla, Deinde antique distinctiones et arbores metales inter kemin et willikinsdorf usque ad arborem metalem, ubi quondam terra figulorum fodebatur, dehinc in profundam uallem et in latere uallis directe protendendo, quod vulgo rarecht, usque in fluuium wartam, Demum ad terminos illorum de Sunnenburch fratrum predictorum termini se extendunt. Quas distinctiones et metas, prout supra scripte sunt, in remedium anime nostre, nostrorum progenitorum et heredum ipsis fratribus milicie templi de prudentum nostrorum consilio maturo presenti scripto ratificamus et de nostra beniuola uoluntate liberaliter confirmamus — — presentibus nostris fidelibus Friderico de Brunkow, Johanne de marwitz, fratre Bernhardo de eberstein, fratre henrico de veluantz et aliis. Datum quarzanis, Anno domini M°. CC°. LXXXV°., In die beati Georgii martiris.

Aus L. v. Lebebur's Allg. Archiv XVI, 299.

XIV. Markgraf Woldemar bekundet den Verkauf des Dorfes Zicher bei Quartschen, am 13. September 1308.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburghensis, Lusacie et de Landesberg Marchio Tutorque inclite Johannis, de Brandenborch marchionis, Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod frater Guntherus de Kothen vendidit discretis viris Thome et Johanni, germanis dictis hokeman et eorum veris heredibus villam Scicheher cum vniuersis et singulis attinenciis, cum omni seruicio et cum omni iure, vtilitate et vsufructu, quocunque nomine censeatur, prout ipsam villam predictus frater Guntherus et sui confratres habuerunt et pariter possiderunt, iusto et consueto tytulo perpetuis temporibus possidendam libere et habendam. Et eosdem in nostram recipimus protectionem et tuicionem cum predicta villa et ipsius attinenciis firmiter velud aliud nostros viros et fideliter defendendo. Ceterum quam primum Marchio Johannes, noster sororius, ad annos legitime etati deputatos peruenerit, ordinabimus vtique, quod idem iam

ſepedictos cum huiusmodi bonis in ſuam recipere debeat protectionem et ſuis litteris confirmando, dubio quolibet non obſtante. In cuius rei teſtimonium preſens dedimus ſcriptum noſtri ſigilli munimine firmiter roboratum, preſentibus teſtibus ydoneis dominis Nicolao de Buch, Conrado de Redern, Henningo de Stegheliz et zabello de Badelo, noſtris militibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo VIII°, feria ſexta ante exaltacionem ſancte crucis.

Original im Geh. Staatsarchive.

XV. Markgraf Johann verkauft der Stadt Bärwalde den Sumpf Borſch, am 24. Januar 1317.

Noverint vniuerſi, quibus oſtenſum fuerit preſens ſcriptum, Quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgenſis et luſacie marchio, penſato diuerſe oppreſſionis onere, quo Ciues noſtri de Berenwolde multipliciter opprimuntur, Ad ſpeciale releuamen ipſis ciuibus preſentibus et futuris vendidimus et in hiis ſcriptis vendimus paludem Bors cum pede in longum et latum, iure ciuitatis perpetuo poſſidendam titulo proprietatis, Reſeruantes nobis omnes paſcuas pecorum in eadem, et ſi aliquis exceſſus in ipſa palude fuerit perpetratus, de hoc nobis denarii cedent duo, ciuitati vero vnus. Vias quoque, ad paludem ipſam ducentes, ciuitas ipſa ſine impedimento liberas reſeruabit. Proinde nobis dicti ciues noſtri dederunt et complete ſoluerunt ſeptuaginta ſex et dimidium talentum denariorum brandenburgenſium et centum marcas argenti et viginti quinque marcas argenti brandenburgenſis et ponderis, de qua ſumma totali dicimus ipſos quitos, et ne de hoc noſtro contractu dubium emergat in animis poſterorum, noſtro ſigillo pendenti muniri iuſſimus preſens ſcriptum. Preſentes fuerunt Nobilis vir heinricus comes de luchowe, dominus Sloteko, noſter dapifer, criſtanus de gherardſtorppe, Heinricus de cracowe, Heinricus de ſchenkendorppe, milites, Johannes de gorlitz, plebanus, noſter capellanus, et alii fidedigni. Actum et datum Spandowe, Anno domini Milleſimo CCC°. XVII°., Die beati Mathie Apoſtoli.

Nach dem Original aus einer Abſchrift des Freiherrn v. Hackwitz. Gercken Cod. V, 291 hat den Namen des Palus „Gors" geleſen und die nachfolgende ziemlich unverſtändliche Raumbeſtimmung ausgelaſſen. — Der Sumpf heißt heute Borſch.

XVI. Mag. Johann und Wittwe Lucia von Bornum gründen einen Altar in Bärwalde, am 13. Januar 1320, beſtätigt von dem Herzoge Wartislaus am 10. Auguſt 1320 und von dem Biſchofe Conrad von Camin, am 13. Januar 1322.

Nos Conradus, dei gratia Caminenſis eccleſie epiſcopus, omnibus chriſti fidelibus preſentia viſuris volumus eſſe notum, publice proteſtantes vidiſſe literas inclyti principis domini noſtri, domini Wartizlai, Ducis Slavie, Caſſubie, Pomeranie, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas in hec verba: Nos Wartislaus, dei gratia Slavie, Caſſubie et Pomeranie dux, omnibus preſens ſcriptum cernentibus ſalutem et eam, que ſequitur cognoſcere veritatem. Noverint univerſi tam preſentes quam poſteri, nos vidiſſe et audiviſſe literas domini Johannis, Magiſtri medicine, et Lucie, relicte domini Ludolfi de Bornum, militis, non raſas, non cancellatas, non abolitas, neque in aliqua ſui parte viciatas, hunc tenorem de verbo ad verbum continentes. In nomine domini amen. Univerſa negocia literis et voce teſtium ex eorum memoria firmantur. Nos igitur dominus Johannes, magiſter medicine, et Lucia, relicta domini Ludolfi de Bornum, militis, noticiam ſubſcriptorum ad univerſorum tam preſencium quam futurorum — noticiam volumus pervenire, Quod nos felicem adtendentes commutacionem eſſe temporalium in eterna, de bonis temporalibus, que Deus contulit, hic in terris eternum fructum nobis in celum decrevimus providere, ob ſpem illius retribucionis, qui promittit celeſtia pro terrenis. Hac igitur racione commoniti, pro remedio animarum omnium parentum noſtrorum et pro ſalute propria unum molendinum cum omni libertate, ſitum in medio ante civitatem Berenwolde, emimus ſeu comparavimus ad ſtructuram altaris unius in honore Dei et matris ſui glorioſe, a quo quidem molendino quinque chori ſiliginis dabuntur annuatim et quatuor fomenta pecorum a feſto Michaelis uſque ad nativitatem Jeſu Chriſti in ſubſidium et ad unius vicarii predicti altaris ſuſtentacionem. Inſuper Henninghus, miles, et Henricus, armiger, dicti de Wolchowe, cum omnibus eorum legitimis heredibus preſentibus et futuris conferendi et porrigendi ejusdem altaris habebunt plenam ac liberam facultatem. In quorum evidenciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt Henningus Morner, Henningus Velthane, Henninghus de Sidowe, milites, Nicolaus albus, armiger, et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Morin, Anno domini MCCCXX, in octava epiphanie domini. Nos igitur predicti molendini libertatem et proprietatem apponimus ad predictum altare conſtructum vel conſtruendum, ubi predictis perſonis viſum fuerit, ipſis clericis ſive ſacerdotibus prefatum altare nunc in preſenti vel in futurum in perpetuum officiantibus dedimus et aſſignavimus et nihilominus damus et aſſignamus per preſentes predictum molendinum absque precaria et quolibet ſervicio, nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris faciendo, in perpetuum libere poſſidendum, abdicantes a nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris, quidquid juris habuimus in eodem tradentes id foro eccleſiaſtico ſeu ſpirituali poteſtati. In cujus veritatem ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Teſtes vero ſunt Wedego de Wedele, Henninghus de Brederlo, milites, Magiſter Conradus, noſter notarius, camminenſis eccleſie canonicus, et alii plures fide digni. Datum in Morin, Anno domini MCCCXX, ipſo die beati Laurencii martyris et levite. Igitur cum piis donacionibus et rite factis nihil debeat derogari, ſed in ſingulis debeant promoveri hanc donacionem noſtri incliti principis Wartislai memorati autoritate noſtra ordinaria in nomine domini confirmamus, inhibentes et prohibentes, ne quisquam hanc noſtram confirmacionem ſub pena

anathematis temere audeat infringere vel quoquo nomine moleſtare. Cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Soldin, Anno domini MCCCXXII, in octava epiphanie domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 148.

XVII. Das Domſtift zu Camin überläßt der Cantorei daſelbſt das Patronat über die Kirche in dem zur Cantorei gehörigen Dorfe Zellin, am 5. Mai 1322.

In nomine domini amen. Quoniam de geſtis hominum grandis et dira calumpnia emergeret, niſi cauſa memorie rerum obliuio per ſcripture teſtimonium penitus tolleretur; Nos itaque Reymarus, dei gracia prepoſitus, Fredericus de Staleberch, theſaurarius, totumque capitulum Caminenſe recognoſcimus publice profitentes, quod ex habita deliberacione et vnanimi conſenſu precibus nobis dilecti Concanonici magiſtri Heyſonis, Cantoris noſtre eccleſie, acquieuimus et in hiis ſcriptis acquieſcimus, annuentes ſibi nec non veris ſuis et legitimis in Cantoria ſucceſſoribus, ut jus patronatus habeant, nec non plenam facultatem conferendi eccleſiam in Szellin, que villa ad predictam Cantoriam cum omni jure plenariter dinoſcitur pertinere. Ut igitur actus predicti ſine qualibet calumpnia rati permaneant et illeſi, ſigillum capituli noſtre eccleſie preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus rei ſunt Reymarus, prepoſitus, Fredericus de Staleberch, theſaurarius, Fredericus de Eckſtede, vicedominus, Johannes Pruce, ſcholaſticus, Wiſzlaus, archidiaconus Stetinenſis, Dubzlaus de Griſtow, Archidiaconus Stargardenſis, Lippoldus Bere, Conradus de Nigenkerke, Wiſzlaus, Archidiaconus Piritzenſis. Datum Camin, anno domini M°. CCC°. XXII°., III nonas Maji.

Nach dem Caminſchen Copialbuche des Pommerſchen Provinzial-Archives.

XVIII. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich von Sidow mit Hebungen zu Küſtrin, Falkenwalde und Hohenwalde, am 1. Oktober 1333.

In Selow, feria VI poſt feſtum Michaelis. Contulimus ſtrenuo viro Heinrico de Sidow ſuisque heredibus ſedecim fruſta denariorum Brandenburgenſium, in villa Valkinwold ſita, XXXII modios frumenti in molendino prope dictam villam ſito, XXXVI ſolidos denariorum in theloneo noſtro Kuſtrin et XXIII ſolidos denariorum Brandenburgenſium in villa Hochinwald cum omnibus ſuis iuribus, pertinentiis, honoribus, gratiis et commodis, eisdem bonis ab antiquo pertinentibus, ſine impedimento quolibet quiete et pacifice poſſidenda. Pro qua cõllatione nos ab eisdem XL

marcas argenti expedite pecunie recognoſcimus recepiſſe. Iuribus noſtris et ſpecialiter dextrarii ſeruicio omnimode reſeruatis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIX. Markgraf Ludwig verſchreibt den Zoll zu Küſtrin auf 3 Jahre an die von der Plone, um damit ihre im Pommerſchen Kriege erlittenen Schäden zu erſetzen, am 8. Januar 1338.

Wir Ludowich etc. Tun kunt an diſſem briue, das wir geliben habben vnd an diſem kegenwerdegen briue lihen dem beſcheyden manne hanſe, walen vnd Rudeger von der plone, dar zcu iren rechten erpnamen, die nü ſint zcolner zcu Cuſtrin, vnſern zcol dar ſelbens dri iar vurbaz nach der zcit, als ir erſten briue ſprechen, zcü haben, vſzcuheben vnd zcü beſitzen mit allem fruchte vnd nutzen, darczü mit allen wazzern, di von alder vnd rechte darzcü horen, vnd blozlich mit allem rechte, als ir erſten briue ſprechen vnd halden. Daz haben wir dar vmme getan, daz ſi grozen ſchaden haben by vns gnomen an iren wazzern, dy in vnpherret waren vnd entperren muſten ſyben iar, vnd auch durch des orloges willen, daz wir hatten mit dem herzogen von Stetyn. In diſſes etc. Datum anno domini M. CCC. XXXVIII., feria quarta proxima poſt epyphaniam domini, in ciuitate noſtra Zwet. Teſtes Huſener, magiſter kamere, Heylo, Marſchalcus, milites, Haſſo ſenior de wedel, Tydericus de Brederlo, dominus Iohannes, plebanus in Kungesberg, cum ceteris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XX. Markgraf Ludwig verleiht dem Notar Nicolaus Wolffteiner Hebungen aus Küſtrin und Schönfließ, am 26. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. contulimus et preſentibus conferimus per preſentes diſcreto presbitero domino nicolao alberti wolfſtain, notario, X fruſta reddituum annuorum, quorum ſex in theloneo noſtro Kuſtrin ſunt ſita, reliqua vero quatuor in cenſu manſorum ciuitatis noſtre Schouwenfliez cum omni iure, commodo, profectu et honore, quibus per honeſtum famulum henningum de noppin bone memorie ad nos dinoſcuntur fore devoluta, vite ſue temporibus poſſidendum, pro qua quidem collatione memoratus presbiter in XLV marcis argenti nobis plenarie ſatisfecit. In cuius etc. Datum Kyritz, anno M. CCC. XLIIII., in craſtino converſionis ſancti Pauli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.). Zu vgl. Urkunde No. XXII.

XXI. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder Mörner mit der Bede in Jabickendorf und Woltersdorf, am 16. Juli 1344.

Wir Lodewig, von gottes gnaden etc., bekennen offenbar in deſem brive vor vns vnd vor vnſem lywen bruder marcgreven Otten vnd vor vnſen erwen, daſz wir den thuchtigen luten Heynen, Otten, reynicken, brudern, genant Mornern, vnd tyden, eren vetter, vnd eren rechten erben, den lye wir dy bede vnd wagendenſt vnd vleiſch Bete, pfenningbete, kornbete vnd hunerbete der zweyer dorffer woltersdorffe vnd godekendorff by konigisberg, dy lye wir yn vnd eren erwen myt einer geſamelten hant vredelich tzu beſitzende mit aller gerechtekeit. Zu einer betzukniſſe deſes kegenwertegen brives, ſo haben wir vnſer ingeſigel hyvor gehangen. Darover ſind geweſen dy edele mann gunther der greve tzu ſwartzborg vnd haſze von vchtenhagen, vnſe houptman, bennig von wedel der elteſte von Valkenburg, lorentz Griſke von Grifenberg, Betke von der oſten, ridder, hans von wedel, vnſer kammermeiſter, vnd henning Veltberg, vnſe hoverichter, vnd ander erbar manne gnuk. Gegeven zum alden Berlin, anno domini MCCCXLIV, feria VI poſt octavas beati ottonis confeſſoris.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 217.

XXII. Markgraf Ludwig verleiht ſeinem Notar Nicolaus von Wolffſtein eine Hebung aus Küſtrin auf Lebenszeit, am 14. September 1344.

Noverint etc. Quod nos etc. contulimus et preſentibus conferimus diſcreto viro presbytero, domino Ni. de Wolfffſtein, notario, X fruſta redditnum annuorum, quorum VI in theolonio Coſtrin ſunt ſita, reliqua vero IIII in cenſu manſorum civitatis noſtre Schowemarke (ſic) cum omni jure, commodo, profectu et honore, quibus per honeſtum famulum hen. de noppyn bone memorie dinoſcuntur ad nos devoluta, vite ſue temporibus poſſidenda, pro qua quidem collacione memoratus presbyter in XLV marcis argenti nobis plenarie ſatisfecit. Datum Soldin, Anno domini MCCCXLIIII, feria III poſt nativitatem glorioſe virginis marie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 177.

XXIII. Markgraf Ludwig vereignet auf Bitten Betkin's von der Oſt und des Dobergotz von Sampter der Comthurei Quartſchen das Dorf Buchholtz, am 16. November 1345.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ad inſtantem requiſicionem ſtrenuorum virorum Bethekini de Oſt, militis, et Dabirgotz de Szampter, fidelium noſtrorum dilectorum, cum matura deliberacione noſtrorum conſiliariorum, appropriavimus et appropriare decrevimus per preſentes honorabilibus viris et religioſis commendatori ceterysque fratribus preſentibus et futuris domus ſive curie, dicte Quartzen, ordinis domus ſancti Johannis hoſpitalis Jeroſolymitani, villam Bucholt eo jure, forma, modo et condicione, quibus dictis Betekino et Dobergotz pertinebant, perpetuis temporibus ſine dacione precaria, exaccione et angaria quibuslibet pacifice ſeu quiete ſine impedimento quolibet pertinendam. Renunciantes etc. In cujus etc. teſtes Wolffſtein, Huſen, Szatzenhofer, Althmann et Conradus Helo. Datum Drieſsen, Anno MCCCXLV, feria quarta poſt martini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 90.

XXIV. Der Rath zu Bärwalde verſpricht dem Markgrafen, die Stadt zu jeder Zeit offen zu halten und keine Verbindungen gegen ſeinen Willen einzugehen, am 15. Juli 1348.

Wir Rahtmanne vnd die gemeine Borger der ſtad Bernwoldt bekennen apenbar vnd betugen met diſſem Breue, dat wy dem hochgebornen forſten vnd leven gnedigen hern marggrafen Ludewig von Brandenburg vnd ſynen rechten eruen vnd nakamen, dath wy in guten truwen veſteliken ane allerley argeliſt gelauet hebben vnd lauen met deſſem breue, dat de ſtadt Bernwold em vnd eren houetluden edder vogeden ewichliken apen ſyn ſchal wedder allermenlick, nemandes vth tonomende, alzo dicke, als ſie des nodende ſinth vnd bogern to allen tyden. Ock lauen wy vnſerm gnedigen heren, ſynen eruen vnd nakamen mit dem ſuluen truwen an argeliſt, dath wy vns vorbath ewichlick mit keyner ſtadt edder ſteden noch meth nemande vorbinden ſollen edder binthniſſe don ane eren willenn, wetenſcop vnd gehete edder eres houethmannes. Wer ock, dat ennige binthniſſe irgen worden gedan, de ſcholen aue ſzin vnd tod. Dorvmm vnd dorch vnſer armoth willen heſft vns vnſe vorgnanter her ghelaten dry vnd twyntich marck, ſzo dat eme, ſynen eruen vnd nakomen wi vorbath ewichlich XL marck to rechter plege ſcholen geuen. In cujus etc. teſtes Lochen, Haſſo van Wedel ſenior, Brederlow, Henn. de dam, milites, cum ceteris. Datum Berlin, Anno MCCCXLVIII, feria tertia poſt Margarete.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives und der Breslauer Univerſitäts-Bibliothek.

XXI. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder Mörner mit der Bede in [illegible]tersdorf, am 16. Juli 1344.

Wir Lodewig, von gottes gnaden etc., bekennen offenbar in deſem brive vor vns vnd vor vnſem lywen bruder marcgreven Otten vnd vor vnſen erwen, daſz wir den thuchtigen luten Heynen, Otten, reynicken, brudern, genant Mornern, vnd tyden, eren vetter, vnd eren rechten erben, den lye wir dy bede vnd wagendenſt vnd vleiſch Bete, pfenningbete, kornbete vnd hunerbete der zweyer dorffer woltersdorffe vnd godekendorff by konigisberg, dy lye wir yn vnd eren erwen myt einer geſamelten hant vredelich tzu beſitzende mit aller gerechtekeit. Zu einer betzukniſſe deſes kegenwertegen brives, ſo haben wir vnſer ingefigel byvor gehangen. Darover ſind geweſen dy edele mann gunther der greve tzu ſwartzborg vnd haſze von vchtenhagen, vnſe houptman, hennig von wedel der elteſte von Valkenburg, lorentz Grifke von Grifenberg, Betke von der oſten, ridder, hans von wedel, vnſer kammermeiſter, vnd henning Veltberg, vnſe hoverichter, vnd ander erbar manne gnuk. Gegeven zum alden Berlin, anno domini MCCCXLIV, feria VI poſt octavas beati ottonis confeſſoris.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 217.

XXII. Markgraf Ludwig verleiht ſeinem Notar Nicolaus von Wolffſtein eine Hebung aus Küſtrin auf Lebenszeit, am 14. September 1344.

Noverint etc. Quod nos etc. contulimus et preſentibus conferimus diſcreto viro presbytero, domino Ni. de Wolffſtein, notario, X fruſta reddituum annuorum, quorum VI in theolonio Coſtrin ſunt ſita, reliqua vero IIII in cenſu manſorum civitatis noſtre Schowemarke (ſic) cum omni jure, commodo, profectu et honore, quibus per honeſtum famulum hen. de noppyn bone memorie dinoſcuntur ad nos devoluta, vite ſue temporibus poſſidenda, pro qua quidem collacione memoratus presbyter in XLV marcis argenti nobis plenarie ſatisfecit. Datum Soldin, Anno domini MCCCXLIIII, feria III poſt nativitatem glorioſe virginis marie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 177.

XXIII. Markgraf Ludwig vereignet auf Bitten Betkin's von der Oſt und des Dobergotz von Sampter der Comthurei Quartſchen das Dorf Buchholtz, am 16. November 1345.

Noverint univerſi notitiam preſentium habituri, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, vendidimus juſto venditionis contractu providis viris noſtris de Schowenfliet, preſentibus et futuris, ligna cum fundo eorundem ſita inter villam Gerlagesdorpe et locum, qui Landtwere appellatur, poſſidenda titulo proprietatis perpetuo cum omni jure, fructu et commodo et cum defenſatione, que Hegho dicitur, qua nos dinoſcimur poſſediſſe. Poſſunt quoque dicti cives dicta ligna evertere et fundum in agros convertere et agros vendere vel de ipſis diſponere, ſicut ipſis viſum fuerit expedire. Proinde dicti cives noſtri nobis dederunt et complete perſolverunt quingenta et quadringenta talenta denariorum Brandenburgenſium, de quibus dicimus ipſos publice quitos, renunciantes expreſſe dictis lignis, fundo et proprietati earundem, quoad heredes noſtros necnon quoslibet noſtri dominii ſucceſſores. In cujus rei teſtimonium noſtro ſigillo muniri fecimus preſens ſcriptum. Teſtes quoque ſunt nobilis vir Guntherus comes de Kevernbergh, Droyſeco, Henningus de Blanckenborgh, Haſſo et Wedege de Wedell, Rodolphus de Leventhall, milites, Heine, eccleſie Stendalienſis Decanus, Tidemannus Granſoienſis et Evehardus Stolpenſis prepoſiti, Hermannus de Luchow, noſtre curie cappellanus, cum aliis fide dignis. Datum templin, Anno domini MCCC. XVII, die ſancti Vincentii Martyris.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 53. In der Ueberſchrift iſt die Urkunde in dieſem Copialbuche dem Jahre 1318 zugeſchrieben.

XI. Bischof Friedrich von Camin verleiht den Wohlthätern der Pfarrkirche zu Schönfließ einen Ablaß, am 29. März 1332.

Fridericus, Dei gracia Epiſcopus camminenſis eccleſie, univerſis Chriſti fidelibus preſencia viſuris ſalutem noſtram ſempiternam. Deum hinc credimus propicium, cum devotos ejus ad devocionem et pietatis opera per indulgencias et dona ſpiritualia converterimus. Hinc eſt, quod volentes eccleſiam parochialem ſancte Marie in Schowenflet eternis honoribus frequentari, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui eandem cum devocione viſitaverint et ad ſtructuram et ornamenta ejusdem manus ſuas porrexerint adjutrices, quique cemiterium ejusdem orando pro defunctis devote circumierint, quocies aliquid promiſſorum fecerint, quadraginta dies miſericorditer relaxamus ac illis eciam, qui corpus Chriſti, cum ad infirmos portatur, fuerint inſecuti, indulgencias eciam eidem eccleſie conceſſas ab aliis venerabilibus patribus Dominis archiepiſcopis et epiſcopis in nomine omnium confirmamus. Datum Schowenflet, Anno domini MCCCXXXII, dominica letare, noſtro ſub ſigillo.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 248.

XII. Markgraf Ludwig geſtattet der Stadt Schönfließ wegen ihrer Anhänglichkeit für ihn und der dadurch erlittenen Verluſte auf 6 Jahre Zollfreiheit und das Recht zur Getreideausfuhr, am 22. Februar 1334.

Anno eodem (MCCCXXXIV.), in prempzlow in kathedra ſancti petri. Nos Ludovicus etc. Attendentes turbaciones et iacturas, quas dilecti noſtri ciues in ſchawenuliet ob noſtri nominis amorem pertuliſſe nouimus, hanc graciam ex ſpecialis beneficii munificencia decreuimus facere ſubſequentem, videlicet quod ipſi ſiliginem ad oderam vel ad alias aquas, vbicunque ipſam pretioſius vendere poterint, educere valeant ſine quolibet inpedimento, liberam facultatem ipſis dedimus et conceſſimus, Et quod etiam a cuiuſlibet thelonei datione de ſuis mercimoniis ſiue rebus dandi ad ſex annorum ſpatium a die datarum preſencium computando, ſic quod nullus officiatorum aut ſubditorum noſtrorum prenotatos ciues tam in ſiliginis eductione, quam in thelonei exactione ſeu receptione moleſtare preſumat, ſed quod liberi permaneant et durante premiſſo tempore omnimode liberati. In cuius etc.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 24. Nr. IX.

XIII. Markgraf Ludwig ermäßigt die Urbede der Stadt Mohrin, am 28. September 1335.

Anno eodem (MCCCXXXV.), in Berlin, in vigilia beati Michahelis. Ludouicus etc. ciuibus in Morin gratiam ſuam et omne bonum. Propter grauem inopiam nec non defectum, quibus notorie et experientia vos oppreſſos inuenimus manifeſta, tali vobis et veſtris poſteris indulto duximus prouidendum et fauorabiliter ſuccurrendum, quod ex nunc et in antea vos et veſtros poſteros in perpetuum de decem marcis argenti in conſweta veſtra penſione et debita eſſe volumus ſupportatos, et vt huiusmodi noſtra gratia atque indultum ſemper maneat ſtabili firmitate et perſiſtentia inconcuſſa hanc literam vobis dari et ſigilli noſtri robore mandauimus ex certa noſtra ſcientia in ſeculorum ſecula valituram. Preſentibus etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIV. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Mohrin für Verluſte, die ſie aus Liebe zu ihm erlitten, eine Abgabenermäßigung, am 15. September 1337.

Nos Ludouicus etc. attendentes turbaciones et iacturas, quas dilecti noſtri cives civitatis noſtre Morin ob noſtri nominis amorem pertuliſſe novimus, ipſis hanc graciam decreuimus facere ſubſequentem, videlicet quod nobis aut ſucceſſoribus noſtris annis ſingulis pro penſione debita tantummodo XL marcas argenti brandenburgenſis terminis conſwetis et debitis dare debebunt et [illegible] Datum Berlin, anno domini MCCCXXXVII, in craſtino exaltacionis ſancte crucis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 279.

XV. Markgraf Ludwig ermäßigt nochmals die Urbede der Stadt Mohrin, am 11. September 1338.

Anno domini M. CCC. XXXVIII., feria ſexta poſt natiuitatem Marie virginis. Nos Ludouicus etc. attendentes turbationes et iacturas, quas dilecti noſtri ciues ciuitatis noſtre Morin ob noſtri nominis amorem pertuliſſe nouimus, ipſis hanc graciam decreuimus facere ſubſequentem, videlicet quod nobis atque ſucceſſoribus noſtris annis ſingulis pro penſione debita tantummodo XL marcas argenti Brandenburgenſis terminis conſwetis et debitis dare debebunt.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XVI. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloſter Zehden Hebungen aus Narchuſen, im Jahre 1338.

Ludouicus etc. Recognoſcimus publice per preſentes, quod bona deliberatione prehabita, debito venditionis contractu vendidimus honorabilibus et in criſto deuotis perſonis ſanctimonialibus monaſterii Cedene tam preſentibus quam futuris pro ducentis marcis argenti Brandenburgenſis et ponderis, ad manus noſtros ex parte earundem ſanctimonialium plenarie perſolutis, precariam tam denariorum quam frumenti ville, dicte Narchuſen, nec non ſeruicium curruum et quodlibet aliud ſeruicium reale vel perſonale et quidquid iurisdictionis in ipſa villa habuimus, quiete et pacifice poſſidendam. Actumque inter nos ſanctimonialesque predictas eſt expreſſe, quod nos, heredes vel ſucceſſores noſtri dictam precariam cum ſeruicio ac iurisdictione ville predicte poſſumus vel poterunt pro predicte ſumme quantitate reemere, dum voluerimus vel volunt, decurſu temporis cuiuslibet quieſcente. Et vt predictus contractus ſemper a nobis et noſtris ſucceſſoribus maneat inconcuſſus, hanc literam ſuper eo etc. Teſtes Buch, Haſſo miles et Haſſo, Nicolaus Wick, Bertramus de Eckſteden etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem heil. Geiſt-Hoſpital zu Mohrin Hebungen aus dem Hufen- und Worthzins daſelbſt, am 2. Auguſt 1339.

Anno domini M. CCC. XXXIX. Nos Ludowicus etc. Ob ſalutem et perpetuam memoriam magnificorum Principum bone recordationis Marchionum Brandenburgenſium, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum appropriauimus et ex mera beniuolentia noſtra preſentibus appropriamus domui ſiue hoſpitali ſancti ſpiritus ciuitatis noſtre Morin tria fruſta denariorum Brandenburgenſium minus IIII ſolidis annue penſionis ſiue deriuationis in cenſu manſorum et arearum dicte ciuitatis ſita per diſcretos viros videlicet Chriſtoferum, Henningum et Albertum de Snitelingen voluntarie reſignata, perpetuis temporibus ſine inpedimento quolibet poſſidenda. Renunciantes etc. Teſtes dux Teck, Io. Huſener, Bombrecht, Laurencius de Grifenberg, milites, G. Wolf cum ceteris. Datum Premzla, anno domini M. CCC. XXXIX., feria II poſt vincula Petri.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XVIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Zehden die Slawiſchen Dörfer Küſtrinchen und Rüdenitz, am 11. November 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. Attendentes ſalutem et ſalutarem remunerationem omnipotentis dei ſueque matris glorioſe, ex mera mentis noſtre liberalitate appropriavimus et preſentibus appropriare decreuimus honorabilibus et deo dicatis Abbatiſſe, prioriſſe et conuentui monaſterii in Zedin Slauicales villas Kuſtrinikin et Rudonitz cum ſingulis et vniuerſis ipſarum iuribus et pertinentiis ad has ex debito vel ex iure pertinentibus, monaſterio, Abbatiſſe, Prioriſſe et conuentui prenotatis iuſto et vero proprietatis titulo perpetue pertinendas. Renuntiantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri et actioni, que vel quod nobis in eisdem competebant vel competiiſſe potuiſſent aliqualiter in futurum. Pro qua quidem appropriatione nobis in LVI marcis argenti Brandenburgenſis plenarie reſponderunt. In cuius etc. Teſtes Burggrauius, wolfſteiner, Lochin, Swyker, hele cum ceteris. Datum Tankowe, anno XL°. V°., circa feſtum ſancti martini.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIX. Markgraf Ludwig nimmt den Vogelfänger Joh. Reimann in ſeinen Schutz und ertheilt ihm die Zollfreiheit in der Mark unter der Bedingung, dafür dem Propſte zu Zehden jährlich einen Falken zu liefern, am 14. Januar 1347.

Dominus recepit Jo. Reyman, aucupem, in familiaritatem, et quod velit eum per dominium ſuum de theolonii dacione habere ſupportatum, ſic quod ſingulis annis prepoſito in Czeden accipitrem competentem ſui nomine preſentet. Datum in villa Scetzin, Anno M° CCC° XLVII°, dominica ante fabiani.

Nach einem Neum. Copialbuche aus v. Hackwitzſchem Nachlaſſe.

XX. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Schönfließ die Mühle im Stadtgraben, am 7. Dezember 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. prudentibus et diſcretis viris conſulibus civitatis Schowenflith preſentibus et futuris, noſtris dilectis, ob fidelitatis ſue conſtanciam in ipſorum probacione compertam et obſequiorum ſuorum fidelium nobis exhibitorum et inpoſterum nobis et he-

redibus noſtris fidelius exhibendorum conſideracione, appropriavimus et appropriare decrevimus molendinum aquaticum, in foſſatis foras civitatem noſtram pretactam ſitum, cum ſuis juribus, commodis, graciis, honoribus, nec non cum ſingulis et univerſis ſuis pertinenciis, eidem molendino ex debito vel ex jure pertinentibus, nobis in eodem molendino competentibus premiſſis conſulibus et civitati noſtre pretacte perpetuis temporibus ſine inquietacione qualibet quiete et pacifice pertinendum. Renunctiantes etc. In cujus etc. teſtes Schwartzburch, Lochn, Henricus de Vchtenhagen, Haſſo junior de Wedel, Ofth, Johannes de Wedel cum ceteris. Datum in Gartz, Anno MCCCXLIX, feria II poſt Nicolai.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 125.

XXI. Markgraf Ludwig bekundet, daß die Stadt Schönfließ für ihn, ſeinen Bruder Ludwig und ſeinen Schwager König Woldemar von Dänemark Pfandſchulden getilgt habe, für deren Verzinſung er einen Theil der Urbede bis zur Rückzahlung der Stadt erläßt, am 9. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. obligamur et tenemur diſcretis viris conſulibus ciuitatis Schowenflit, fidelibus noſtris dilectis, in C et XXVIII libris et IIII ſolidis denariorum brandenburgenſium, pro quibus domini woldemari, regis danorum, Swageri noſtri kariſſimi, Ludovici Romani, fratris noſtri dilecti, et noſtra pignora nuper exſoluerunt; in quorum refuſionem ipſis in VIII marcis argenti brandenburgenſis penſionis ſue annue condeſcendimus et condeſcendere decreuimus per preſentes, ſic quod ſingulis annis ipſos de eiſdem ſupportatos habere volumus, quouſque ipſis in pretactis talentis denariorum per nos ac heredes noſtros integraliter ſatisfactum fuerit. In cuius etc. Datum in Gartz, Anno XLIX, feria IIII poſt feſtum Nicolai.

Aus einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXII. Markgraf Ludwig verleiht Nonnen in Zehden und der Familie Mörner eine Hebung aus dem Hufenzinſe zu Schönfließ, am 1. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. religioſis deo dicatis perſonis Zacharie, Kunegunde et Katarine, filiabus Laurencii Groten, fidelis noſtri, devotis nobis dilectis ſanctimonialibus in Czeden, caminenſis diocefis, contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuis viris Hinrico, Ottoni, Reinekino, fratribus, dictis morner, nec non Tiloni, ipſorum patruo, fidelibus noſtris dilectis, et eorum heredibus devolucionem ſex talentorum denariorum Brandenburgen-

ſium, ſituatorum in cenſu manſorum opidi noſtri Schowenfliet ad diſcretum virum nicolaum de Garthow, plebanum in Landesbergh, nunc pertinentium, ſic quod premiſſa ſex talenta denariorum Brandenburgenſium reddituum annuorum ad memoratos Morner et ipſorum heredes, predicto presbytero decedente derivari debebunt pariter et devolvi, perpetuis temporibus pacifice juſto pheudali titulo manu conjuncta et in ſolidum poſſidenda. In cujus etc. Teſtes Swartzeburgh, Hennenberg, Lindow, Lochen, Hele, Huſener, Bombrecht, Otto de Helbe, Her. de Wulkow cum ceteris. Datum Everswalde, Anno MCCCL, die omnium ſanctorum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 178.

XXIII. Markgraf Ludwig bekundet, daß Haſſo von Wedel ihm gewiſſe Hebungen aus den Hufenzinſe zu Schönfließ aufgegeben habe zur Vereignung derſelben an einen Altar, am 28. November 1350.

Coram vniuerſis preſentibus et poſteris Nos Ludovicus etc. publice proteſtamur, quod in noſtri conſtitutus preſencia ſtrenuus miles Haſſo ſenior de wedel, fidelis noſter dilectus, vice et nomine hinrici et didekini de deſſe quinque fruſta reddituum annuorum in cenſu manſorum opidi noſtri Schowenflith reſignauit ad manus Ludekini de Schiltbergh et amicorum ſuorum, ciuium in koningeſbergh, que ad preces ipſorum cuidam altari ſub proprietatis titulo donauimus, prout deſuper in litteris deſuper confectis alias continetur. In cuius etc. Datum Soldin, Anno M° CCC° L°, dominica poſt katherine virginis.

Aus einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXIV. Markgraf Ludwig der Römer verordnet, daß Mohrin der Sitz der Münzmeiſter für das Land jenſeits der Oder ſein ſoll, am 2. Juli 1352.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. preſentibus viris conſulibus et univerſitati in Morin, fidelibus noſtris dilectis, talem graciam ſingularem fecimus, quod monetarii noſtri in terra noſtra trans oderam reſidenciam perſonalem facere debebunt in antea in Morin ibidem et non alibi, niſi eciam ibidem manere debebunt, denarios brandenburgenſes fabricando et cudendo, ſive ſint denarii, que vocantur Okelpennige, ſive alii veteres vel novi aut eciam vinconenſium aut nove ſpeciei cuiuscunque, Volentes, quod advocatus noſter, qui pro tempore fuerit, una cum conſulibus predictis preeſſe debent dicte monete et monetarii denarios bonos rationabiles et dativos legitime currentes et in nulla parte ſuſpectos facere et cudere debeant nullam falſitatis ſpeciem

immiſcendo. Si quid fieret, quod abſit, reſervamus nobis liberam facultatem, predictam graciam revocandi preſencium teſtimonio literarum. Preſentibus Swartzburg juniore, Haſſone de Vchtenhagen, Haſſone de Valkenburg, Johanne de Wedel, magiſtro camere, Henrico Brederlow, Guntero de Guntersberg, Ottone Morner cum ceteris. Datum Morin, anno MCCCLII, feria II infra octavas ſancti Petri et Pauli apoſtolorum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 223.

XXV. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Propſte Dieterich und ſeinen Vettern, den Mörner, für ihre Forderungen ſeine Hebungen aus Mohrin und Bärwalde, der Münze in der Neumark und andere Einkünfte, am 6. Juli 1352.

Wir Ludewig der Römer bekennen vor vns, vnſern lieben Bruder Marggraff Otten vnd vor vnſere erben, das wir den duchtighen Thyderico, Probſt zu dem Soldin, Heynen, Otten, Reynken, Brodern, vnd Diderich, iren Vettern, vnd iren rechten erben ſchuldich worden vnd gelden ſollen von rechter ſchult V^c. marck vnd achczick marck vnd VIII marck Brandenburgiſch ſulbers, die ſie vor vnſerm rade an pferdeſchaden, an Koſten vnd an gewinne redelichen gefattet, vnd ſetten in deſſem vnſern Brieue in vnd iren erben vnſe jerliche plege zu Morin vnd zu Bernwolt vnd die halbe frucht vnd nutz vnd rente vnſer muntze an diſſer ſyth der Oder to Moryn edder wor wie ſie anders leygen, welcherleye penninghe man ſla, Brandenburgiſch edder vinkenogen, vnd vorthmer LXX marck ſulbers, die Tile Brucke vnd der vorbenomten muntyen von irer wegen vth hebben ſchal, de ſchal he to vorn vth heuen vnd Born, de LXX marck ſcholen ſie vns ock an der vorgeſcreuen ſumme aveſlaen; vorthmer allerley bede, pennich Bede, Corn bede vnd huner Bede der dorffer Wolterſtorp vnd Godekenſtorp by Konigeſberge, die ſette wyr vor dat vorbonomende gelt, vnd ſcolen ere wer ſyn iegen den Abbet vnd Conuent vom Corin vnd iegen allermenlich, der ſy ſie one anſpreke vnd hinder. Wath ſie der vorbenomten ſummen hebben vth geboret vnd wath ze van deſſen phanden, die wy em gezattet hebben, vthboren vnd vthheuen, dat ſcholen ſie vns an der vorgnanten ſumme aueſlan. Vorthmer welkerley broke gevallen vnd geſchin zin in der Voydige, die ſie hath hebben, die wile ſie voyde zinth geweſt, die ſcholen ſie halbboren vnd vns aueſlan van der vorgeſchreuen ſumme. Vorthmer die twe hengeſte, die zie vns gerekenth hebben, werden ze nicht verdich edder czu reke czutzſchen hir vnd ſant Martins dack, zo ſcholen ze vns de hengeſte denne antworden, werden ze ouch bynnen des zu reke, zo ſcholen ze de Hengeſte beholden vnd vns von der vorgnanten ſumme aveſlan XXII marck ſulbers, dar ſe vorgerekent zin. Vortmer wordt em Brock an ennygen ſtucken, de ſie vns gerekent hebben, dat wer an bede edder an beyde hauer edder wo dat anders wer, vnd vorthmer alle jerlyke plege, de en noch geuallen vth den vorſchreuen pande tzu Morin, tzu Bernwold, tzu Godekendorp, Wolterſtorp vnd vth der muntze, dat ſollen zie ſelben von vnſer wegen ane var vnd pyne vth pfanden vnd vordern vnd nemen dor tzu to hulpe vnſe Vogde vnd hoftmann, offt em des noth ſzy, de ſzolen em vm dat, dat em er gude nicht werden m:

eyn pfant antwerden, dat ſie dar vor yn wolde vorzetten mogen. Vorthmer vm dat gelubde, dat ſie van vnſer wegen vor Tilen von Kalow vnd den rathmannen zu den Berlin gedan hebben, mogen ſie dat bowiſen, dat dat gelth, dar ſie vor gelauet hebben, nicht ſie kamen vor an vnſe rekenſcop, ſzo ſcholen die vorſpraken pfande vor dat ſuluergelth en blyuen ſtande, van dem gelde vnd die gelubde leddig vnnde loſz werden, efft wie ſie anders nicht darvon vntledighen. Vorthmer da ſie von vnſer wegen vp hebben genommen dry vynkenogen vor I Brandenburgiſchen pennick, mogen ſie bowiſen, dat ſie dry vor I hebben geuen tzu konnigeſberg edder wor ſie anders von vnſer wegen ſchuldig zin geweſen, ſo ſchal dat rede loſz bliuen. Mogen ſie des nicht bewiſen, zo ſcolen ze vns den dritten pfennick wedder keren vnd an der vorbenomenden ſumme aueſlan. Vorthmer do wy em diſſe gnad dorch der ſchulde wille, dar ſie inne kamen ſynt von vnſer wegen, dat en keyn vnſer Vogt, hoftman oder Ambachtman edder ridder bynnen twe Jarn oue ſie edder ouer ere Borgen richten ſchal. Vorthmer allerley briue, de em vnſe liebe Broder Ludewig *die* alde, marggrafe tzu Brandenborg, gegeuen heth, die wil wie vnd ſcholen en ſtede vnd gantz holden to allen tiden. In cujus etc. preſentibus Guntero Comite minori de Swartzburg, Haſſone de Vchtenhagen, capitaneo, Henningo de Wedel ſeniore, Haſſone de Valkenburg cum ceteris. Datum Nova Berlin, Anno MCCCLII, feria VI^a^ infra octavas beati Ottonis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 188.

XXVI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloſter Zehden Beſitzungen in Zädenick und Eichhorn, am 29. Juni 1355.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus et noſtro et fratris noſtri nomine Ottonis, Marchionis brandenburgenſis, dedimus et preſentibus donamus Deo devotis virginibus abbatiſſe, prioriſſe et ſancti conventui ſanctimonialium in Czeden, ordinis ciſtercienſis, caminenſis dioceſeos, proprietatem redditiuum et proventuum infra ſcriptorum, ſitorum in villa Czekerick XIIII koſſatorum ſlavicorum, qui ſolvunt annuatim XV ſolidos brandenburgenſes et IX denarios et unius coſſati theutunici, qui ſolvit annuatim III denarios brandenburgenſes, ac eciam dicti coſſati ſolvunt VIII pullos de ſuis poſſeſſionibus et de uno parvo monte ante villam ibidem ſito, et unius taberne, que ſolvit, nec non unius pheodalis equi, qui dat VI ſolidos cum III denariis ejusdem monete. Item VI manſos, qui dant ibidem XVII ſolidos brandenburgenſes ac quartam partem omnium lignorum ac paludum et judicii ſupremi et infimi et juris patronatus eccleſie, nec non omnium et ſingulorum reddituum et proventuum et pertinenciarum dicte ville: in villa vero eykorn proprietatem trium chororum VIII modiorum ſiliginis, de duobus molendinis ibidem derivati annuatim, de ſuperiore molendino XXX modios, de inferiori II choros ſiliginis. Item V manſos cum dimidio, quorum quilibet dat et perſolvit XII ſolidos brandenburgenſes et pro precaria IX ſolidos et IIII denarios brandenburgenſes et predicti manſi eciam precariam annone. Iterum unius chori pheodalis, qui dat VI ſolidos brandenburgenſes cum III denariis et taberne ibidem, que pro precaria dat III ſolidos brandenburgenſes annuatim, et duarum arearum, que dant V pullos, et unius curie, que dat

III pullos, ac quartam partem omnium lignorum et paludum et judicii ſupremi et infimi et jus patronatus eccleſie, nec non omnium et ſingulorum reddituum et proventuum et pertinenciarum ville predicte, quos redditus et proventus a ſtrenuo viro Laurencio groten ſua pecunia procuraverunt, ad predictam abbatiſſam, prioriſſam et conventum perpetue et pacifice juſto proprietatis titulo pertinendos, percipiendos, habendos et tenendos omni impedimento remoto. In cujus etc. preſentibus Valkenburgh, Magiſtro curie, Hen. de wedel, Hen. de Uchtenhaghen, M. Szack, Joh. de wedel, Otto morner et mornero, protonotario, cum ceteris. Datum Konigesberg, Anno MCCCLV, die apoſtolorum petri et pauli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 68.

XXVII. Des Markgrafen Ludwig's des Römers Verhör des Propſtes zu Zehden als nunmehrigen und Hennings von Uchtenhagen, als Vorbeſitzers der Stadt Zehden, gegen Herrmann von Wulkow wegen der Grenze zwiſchen Zehden und Hohen-Sathen, vom 28. Auguſt 1356.

Wir Ludwig der Römer, von Gottes Gnaden Markgraf zu Brandenburg vnd Laufenitz, des heil. Römiſchen Reichs oberſter Kämmerer, Pfalz Graf beym Rhein vnd Herzog in Bayern, Bekennen offenbar, daſs vor vns ſind geweſen heute die Veſten Männer Herrmann von Wulkow, Ritter, vnd ſeine Vättern auf einer Hälfte, vnd der Weiſe Mann Herr Peter, Probſt zu Zehden, von den geiſtlichen Perſonen der Aebtiſſin, Priorin vnd des ganzen Convents der Jungfrauen des Kloſters zu Zehden wegen, auf der andern Hälfte, vm der Sache vnd Streitigkeit der Scheide wegen, die da iſt zwiſchen dem Städtchen Zehden vnd dem Dorfe Sathen auf der Oder; Deſs kamen wir überein mit vnſerm ganzen Rath, daſs wir lieſſen fragen den Probſt, ob er einige Beweiſung hätte auf die Scheide von der Jungfrauen wegen. Da brachte er zu ſeiner Beweiſung einen Brief vor vom Markgrafen Albrecht, vnſern Vorfahren ſeel., der lautet, als hier geſchrieben ſtehet von Wort zu Wort: (Urkunde No. VI. vom 10. Auguſt 1299.) Da wir vnd vnſer Rath den Brief geſehen, gehöret vnd vernommen, fragten wir den Probſt, ob er von der Kloſter Frauen wegen auf die Scheide noch einige Beweiſung mehr hätte. Da bezog er ſich auf Henning von Uchtenhagen, Ritter, vnſern lieben Getreuen; Den fragten wir, was ihm um die Scheide wiſſend wäre. Der ſprach: Er hätte das vorgenannte Städtlein Zehden verkauft denen vorgenannten Kloſter Frauen vnd er hätte es friedlich beſeſſen mit denen Scheiden, als in des vorgenannten Markgrafen Albrechts Briefe vnd Handfeſten begriffen, vnd hätte das Städtlein Zehden vnd deſſen Scheiden denen Kloſter Frauen gewähret, als Er es hätte beſeſſen. Darnach fragten wir den Veſten Mann Herrmann von Wulkow, Ritter, vnd ſeine Vättern, was Beweiſung ſie hätten auf die Scheide. Da ſprachen ſie, ihre habende Were wäre ihre Beweiſung vnd wollten es auch beweiſen mit vnſern Mannen.

Dazu haben wir ihnen auf beyden Seiten einen Tag gelegt in vnſern Hof, von heute über XIV Tage zu bringen ihre Beweiſung auf die Scheide; Welcher die beſten Beweiſungen hätte, den wollten wir dabey behalten. Mit Urkund dieſes Briefes, der verſiegelt iſt mit vnſerm Inſiegel; Ge-

geben vnd geſchehen iſt dieſs Ding in dem Kloſter zu Zehden, nach Gottes Geburt im Dreyzehnhundert Sechs vnd Funfzigſten Jahre, des nächſten Sonntages nach St. Bartholomeus Tage des heiligen Apoſtels.

Nach dem Zehden'ſchen Copialbuche aus einer Abſchrift des Freiherrn von Hackwitz.

XXVIII. Markgraf Ludwig des Römers und ſeines Manngerichtes Entſcheidung der Streitſache derer von Wulkow gegen den Probſt zu Zehden, der Grenzen wegen, vom 11. September 1356.

Wir Ludwig der Römer, von Gottes Gnaden Markgraf zu Brandenburg vnd Laufenitz, des heiligen Römiſchen Reichs oberſter Kämmerer, Pfalz-Graf beym Rhein vnd Herzog in Bayern, bekennen offenbar, daſs heute vor vns vnd vnſerm Rathe geweſen der Weiſe Herr Peter, Probſt zu Zehden, von der Aebtiſſinn, Priorinn vnd des ganzen Convents wegen zu Zehden, vnd brachte ſeine Beweiſung vor vns um die Scheide, die da liegt auf der Oder zwiſchen dem Städtchen Zehden vnd dem Dorfe Sathen, vnd fragte, ob jemand da wäre von Herrn Herrmanns von Wulkow vnd ſeiner Vettern wegen, als ihnen heute der Tag von vns beſchieden iſt, von beiden Seiten ihre Beweiſung vor vns zu bringen. Als er den Tag ausgewartet hatte bis an den Abend, da kam der vorgenannte Herr Herrmann von Wulkow, Ritter, vnd ſeine Vettern; vnd wir beſchieden den Probſt von der Kloſter Frauen wegen vor vns vnd vnſern Mannen. Deſs funden vnſere Manne vor Recht; wäre es, daſs die von Wulkow nicht brächten Hülfrede binnen XIV Nächten vor vns oder vor vnſern lieben getreuen Hof-Meiſter Haſſen von Wedel, Ritter, deſſen Falkenborg iſt, dem wir das befohlen haben; ſo hätten beſſer Recht vnd Beweiſe der Probſt vnd die Kloſter Frauen zu Zehden, als die von Wulkow von der Scheide zwiſchen Zehden vnd Sathen, darum ſie vor vns gerechtet, vnd darauf der Probſt vnd die Kloſter Frauen Handveſten vnd Briefe haben von vnſern Vorfahren Albert, Markgrafen zu Brandenburg, dem Gott gnädig ſei, vnd auch lebendiger Leute Beweiſung. Vnd bringen die von Wulkow die vorgenannte Hülfrede nicht binnen XIV Nächten, ſo ſollen ſie die Kloſter Frauen vnd den Probſt an der Scheide nicht mehr hindern. Mit Vrkund dieſes Briefes, der verſiegelt iſt mit vnſerm Inſiegel, Gegeben zu Königsberg, nach Gottes Geburt im Dreyzehnhundert vnd Sechs vnd Funfzigſten Jahre, des nächſten Sonntages nach vnſerer lieben Frauen Geburt.

Nach dem Zehden'ſchen Copialbuche.

XXIX. Markgraf Ludwig d. Römer verleiht der Stadt Schönfließ Zollfreiheit für ewige Zeiten, am 11. September 1356.

Wie Lodewich der Römer. etc. bekennen apenbar in diſſem Briue, dat wy vnſen liuen getruen borgern to Schowenflite, die dar eigen vnd eruen hebben, vri vnd leddig alles tolles laten met irer kopenſchap, allerlei tu varene ouer lant vnde ouer watern in vnſen Landen, na der geurkunden, die wie vnde vnſe liue broder marggraue Lodewich de olde en gegeuen hebben, alſe die briue ſprecken, die ſie van vns vnde vnſer eghenanten bruder hebben, alſe dat ſie der tolle quit vnde loſz ſin. Darumme entbiede wir ernſslicken pawrn vnd allen anderen vnſer tolner tu Lubuz, tu koſtrin vnd was anders tolle ſin in vnſern landen, dat ſie vnſe vorgenante borger met den vorgenannten tollen vnuerpflichtet laten, alſe vorgeſchreuen is, wente tu einer ewigen tydt: vnd hiermede ſcholen ere vorgenannte briue vnd rechtigkeit vnverbracken vnd gantz bliuen. Gegeuen Thu Konnigeſsberge, nach Godes gebord dretteinhundert jar, darna in deme ſeſz vnd veſtigſten jare, des negeſten ſondages nach vnſer vrowen dage, alſe ſie geboren wartt.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 188.

XXX. Markgraf Otto's Beſtätigung für die Stadt Mohrin, vom 27. April 1360.

Otto etc. fidelibus ſuis et dilectis conſulibus ceterisque burgenſibus in Morin graciam ſuam et omne bonum. — Supplicationibus veſtris atque requiſicionibus favorabiliter inclinati univerſa ueſtra atque civitatis noſtre predicte jura, libertates, proprietates, poſſeſſiones ab anteceſſoribus noſtris, quondam marchionibus brandenburgenſibus fancte memorie, ut in preſens eſtis prediti et muniti, inſuper univerſa veſtra privilegia, literas ſeu inſtrumenta vobis et ciuitati ſuper quibuscunque proprietatibus, poſſeſſionibus, juris donacionibus ſeu ſuper contractibus quibusvis per ipſos noſtros anteceſſores indulta, data et conceſſa, prout hec uobis rationabiliter indulta, data et conceſſa ſunt, approbamus, ratificamus, hanc eciam graciam ſingularem vobis facientes, Quod conſules ſeu cives ibidem cum quibuscunque cauſis judiciarie diffiniendis extra civitatis judicium nullatenus trahi volumus et ſi quis quemquam ex vobis convenire voluerit via juris, ab eodem coram civitatis dicte ſculteto juris percipiat complementum. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtram infringere vel ei auſu temerario contraire. Quicunque vero hoc facere attemptaverit, noſtram indignacionem indubitanter ſe noverit incurſurum. Preſentibus Haſſone de Falckenburg, Huſenero, militibus, Johanne de Wedel, advocato, Ottone Morner et Hinrico Godberg. In cujus etc. — Datum Morin, Anno domini MCCCLX, feria ſecunda poſt dominicam, qua cantatur jubilate deo.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 67 und der v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer belehnt die noch unmündigen Walther und Conrad von Berge mit dem Schulzenamt zu Mohrin und ſetzt ihnen ihre Vettern, die Reiche, zu Vormündern, am 5. Juni 1361 und 1364.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus Romanus etc. contulimus et preſentibus conferimus Waltero et Conrado, fratribus, dictis de Berge, filiis quondam Kunonis dicti de Berghe bone memorie, prefecti in Morin, manu conjuncta et in ſolidum ipſorumque veris et legitimis heredibus officium prefecture ciuitatis noſtre Morin predicte cum omnibus juribus, graciis, commodis, honoribus et fructibus vniuerſis ad dictum officium ex debito uel ex jure pertinentibus perpetuis temporibus quiete et pacifice juſto pheodi titulo poſſidendum. Eciam dictis pueris talem graciam facimus ſpecialem ex eo, quod ad debitam etatem nondum peruenerunt, quod beyno, dictus Ryke, ciuis et hoſpes noſter in berenwolde, Johannes et Thydericus, ipſius filii, dictorum puerorum patrui, ipſorum tutores eſſe debebunt, qui ipſis preeſſe debent, prout veri et legittimi tutores facere tenentur et debebunt. Et ſi eciam dictos pueros, videlicet Walterum et Conradum, decedere contigerit absque heredibus pheodi capacibus, extunc dictum judicium ad prenotatum Heynonem et ad ſuos predictos filios et ad ipſorum heredes legitimos deriuari debebit pariter et deuolui, manu conjuncta quiete perpetuo poſſidendum. In cuius etc. Preſentibus Haſſone de Valkenburg, Petro de Bredow, Dobrigaſt, militibus, Gunczelino de Bertensleuen, Mathia de Bredow et Ottone Morner cum ceteris. Datum Soldin, anno LXI, ſabbato poſt octauam corporis criſti.

Aus der Dickmann'ſchen Urkunden-Sammlung der Breslauer Univerſitäts-Bibliothek.

Anm. Mit folgender Bezeichnung der Zeugen und des Datums: Dobirgusto de Ost, Hassone de Wedil de Valkenburg, Petro de Bredow, militibus, Gunczelino de Bertensleue, Mathia de Bredow et Ottone de Morner cum ceteris fide dignis. Datum anno MCCCLXIV, feria IVa post octavam corporis cristi (auch den 5. Juni) iſt dieſe Urkunde in Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 168 enthalten. Dieſelbe ſcheint darnach drei Jahre nach der Verhandlung unter Markgraf Otto nochmals ausgefertigt zu ſein.

XXXII. Markgraf Ludwig der Römer belehnt Arnold und Heidenreich Runge mit dem von Otto Holleke erkauften Schulzengerichte der Stadt Schönfließ, am 27. Mai 1362.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus etc. Arnoldo et Heydenrico, fratribus dictis Rungen, manu conjuncta judicium Schowenvlieth, emptum ab Ottone, dicto Holleke, cum duobus fruſtis denariorum brandenburgenſium, ſitis in cenſu, dicto Wortyns, et I choro ſiliginis, ſito in molendino, dicto Hindernizze, et XVI talentis denariorum vinkonenſium, ſitis in cenſu manſorum dicte civitatis, cum omnibus juribus, prout ipſe Otto prius habuit. Serviium vero domino pertinens idem Otto deſuper, quem adhuc habet in cenſu manſorum dicte civis, domino faciet. In cujus etc. preſentibus Wedegone de Wedel, Dobirgoſt, militibus,

Johanne de Wedel, Gevenhardo de Alvensleven et Ottone Morner cum ceteris. Datum Soldin, anno MCCCLXII, in craſtino aſcenſionis domini, feria VI.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 268.

XXXIII. Markgraf Otto belehnt Arnold und Helmrich Runge mit dem Schulzengerichte in Schönfließ, am 5. Juni 1364.

Noverint univerſi etc. Quod nos Otto etc. contulimus et preſentibus conferimus arnoldo et hellmrico, fratribus, dictis Runge, noſtris fidelibus dilectis, manu conjuncta, ipſorum quoque veris et legitimis heredibus judicium ſeu officium prefecture civitatis noſtre Schonevliet libere cum omni iure, duobus fruſtis denariorum brandenburgenſium, ſitis in cenſu, dicto (Wordetinſee et 1 chorum ſiliginis, ſitum in molendino dicto) Hinderniſſe, et ſedecim talentis denariorum vinckoneſium reddituum annuorum, ſitis in cenſu manſorum dicte civitatis, cum omnibus juribus, graciis, commodis, utilitatibus et honoribus ad ipſum judicium et ad prefatos redditus ex debito vel jure pertinentibus a nobis in antea tenendum, habendum, quiete et pacifice ſine impedimento quolibet poſſidendum. In cujus etc. preſentibus Dobirgaſto de Oſt, Martino de Kuntzendorp, Stephano, prepoſito Soldin., et Ottone Morner cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCLXIV, feria quarta poſt octavam corporis criſti.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 85. Das Datum lautet zwar 1354, muß aber ohne Zweifel 1364 heißen, wie dies ſich auch in dem Diplomatarium der Steinwehr'ſchen Bibliothek in Breslau findet.

XXXIV. Markgraf Otto verleiht der Stadt Schönfließ das Recht zur Haltung eines Jahrmarktes auf dem Sonntag vor dem 28. Oktober, am 23. Juni 1364.

Wir Otto etc. bekennen offentlich met dieſem Begnadigungs Brieffe, das wir angeſehen haben die notturfft vnſer ſtadt tho Schowenflite vn haben in gegonnet von beſondern gnaden, dat ſie einen freyen jahrmarckt in irer ſtadt alle johr legen vnd haben mugen auf den Sontag vor ſanct Simon judas tagk frey vnd vngehindert, vnd was den ratmannen davon gefallen magk, welcherley das ſey, das ſollen ſie legen derſelben ſtadt nutz vnd frommen ewigliche immer. Vnndt zu Vhrkunde haben wir dieſen brieff verſiegelt met vnſerm angehangenen inſiegell, daruber ſint geweſen die vehſte manne Haſſo von Wehdell von falkenborgk, Dobergaſt von der Oſten, vnſer Vogtt, Merten von Kuntzendorff, vnſer hoffmeiſter, ritter, vndt Gunther von Gunterſsbergk vnd andere getreue Leuthe gnugk. Der gegeben iſt in derſelben ſtadt zu Schonen-

flite, nach Gottes geburtt dreyzehen hundert jahr, darnach in dem vier vndt fechtzigſten Jahre, am ſanct Johannes Abende Baptiſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 183. 292.

XXXV. Markgraf Otto legt den Burgmannen des neuen Hauſes Stolzenburg zu Stolzendorf bei Mohrin die Rechte der Reichsburgleute zu Friedeberg und Geilenhauſen bei, im Jahre 1368.

Wir Otto etc. bekennen offenbar, daſs wir den ueſten luten Otto Mornern, Reyncken, ſynem Brudern, tydecke vnd Reyncken Mornern, iren Vettern, benninge Plotzen, benninge Guſtebis vnd Eltzholte, vnſeren lieben getrewen Burgmannen vff vnſern nuven hufe zu Stoltzendorff by Morin, vnd allen eren erben vnd nachkomen vnd auch allen den, dy hinnach vnſer, vnſer erben vnd nachkomen Marggraven zu Brandenborgk Burgmanne do werden, ires erben vnd nakomen, ſulche gnade, freiheit vnd vride gegeben haben zu eren Burggutten vnd geuen ock mit deſem briue, alzo das ſy dy Borg vnd alle, dy hirnach Burglute do werden, vnd ire erwen alle gnade, friheit vnd vride haben ſullen ewichliken von vns, vnſern erben vnd nachkomen Marggrauen zu Brandemburgk glicherweiſz, als vnſers gnedigen herrn des Remiſchen kaiſers vnd des richs Burglute haben zu Fredeberg vnd geilenhuſen in der weis haben von dem remiſchen riche; vnd wen wir derſelben gnade vnd friheit, dy dy Burglute zu Fredebergk vnd zu geilenhuſen haben, zu deſem male in ſunderlichen ſtuckenn vnd articulen nicht wiſſen; ſo haben wir en deſſen Brief gegeben zu eyner meren ſicherheit: vnd des erſten, das wir edder die vorgenannte vnſere Burglute dy friheit vnd gnade erfaren in ſunderlichen ſtucken, ſo ſullen vnd wollen wir en nemlichen itzliche friheit vnd gnade ſunderlichen vorbriven vnd vorveſten, ewichlichen vnuorrucket zu bliben in allermaſe, als dy vorgenannte Burglutte zu fredeberg vnd zu geilenhuſen haben. In cujus etc. preſentibus Henrico comite de Swartzburg, domino in Arnſtede, Frederico comite de Orlamunde, Theodorico Burggravio de Kirchberch ac ſtrenuis Bertholdo de Wederde, Conrado de Sleven, curie magiſtro. Datum Morin, anno domini MCCCLXVIII.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives und der Bresl. Univerſitäts-Bibliothek. In dem von dem Freiherrn von Hackwitz benutzten Copialbuche hatte die Urkunde die alte Rubrik: Gracia facta castrensibus de Stultzenburg. Wohlbrück lieſt (Lebus I, 197) Scoltendorf und ſieht in dem Orte das bei Bärwalde gelegene Schulzendorf.

XXXVI. Markgraf Otto vereignet dem Kloſter Zehden das Dorf Gellen, am 22. April 1370.

Noverint etc. Quod nos Otto ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei, glorioſe virginis Dei genitricis Marie et omnium ſanctorum, nec non ob magnificorum principum predeceſſorum noſtrorum, Ludovici ſenioris et Ludovici Romani, fratrum noſtrorum, Marchionum brandenburgenſium, ſuarum animarum ſalutare remedium appropriauimus, dedimus, donamus, appropriamus, damus et preſente ſolenni donacione damus religioſis — ac Deo dicatis virginibus abbatiſſe, prioriſſe totique conventui monaſterii ſanctimonialium in Zeden ciſtercienſis ordinis, cammineńſis dioceſis, devotis nobis dilectis, et monaſterio ſupradicto villam, dictam bellen, prope civitatem noſtram Kongisberg ſituatam, cum jure patronatus, judicio ſupremo et infimo dicte ville, cum ſerviciis curruum, cum precaria, cenſibus, pactis, exaccionibus, redditibus et obvencionibus prenominatis, aquis, ſtagnis, piſcariis, paludibus, mericis, ſilvis, rubetis, lignis, cum agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, cum omnibus juribus, graciis, commodis, honoribus, fructibus, uſufructibus, utilitatibus et pertinenciis ac libertatibus ſingulis et univerſalibus, prout ſtrenuus vir Gunterus de wedel pie memorie a nobis in pheodum habuit atque poſſedit, in antea juſto proprietatis titulo quiete et pacifice absque impedimento quorumlibet perpetuis temporibus pertinendum, Renunciantes pro nobis, heredibus ac ſucceſſoribus noſtris omni juri, accioni, ſeu impeticioni, quod vel que nobis in prefata villa hactenus competebat, competit ſive competere poterit in futurum. In cujus etc. preſentibus Haſſone de Falkenburge, Haſſone de Uchtenhagen de wedel, Gebhardo de Alvesleve, Bernardo de Schulenburg, crucifero, militibus, Geuehardo ſenjore et Ottone morner. Datum Soldin, Anno domini MCCCLXX, feria ſecunda poſt Quaſimodogeniti.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 69.

XXXVII. Markgraf Otto verſchreibt dem Waffenſchmidt Titze von Dambeck, der auf der Stolzenburg ſeinen Sitz haben und ihm jährlich 6 neue Armbrüſte liefern ſoll, eine Rente aus der Urbede zu Neu-Landsberg, am 16. April 1371.

Wir Otto etc. Bekennen etc., das wir dem beſcheiden manne Titzen von dambeke, vnſen liben getruen werkmeiſter zu der Stolczenburg, dorch des willen, das er ſtettiges wonhaftigk ſal ſin vf vnſem Slozze zu Stolzenburg vnd vns alle jare geuen ſal VI gute nye armborſt, geligen haben vnd liehn ouch mit dyſem briue VI marck ſuluers jerlicher rente in vnſer orbar zu nyen landeſpergk, die em alle jar fallen ſullen alſo, drie marck vf ſunte walpurgis tag vnd drie marck vf ſunte mertens tag. Vnd wan er vnſe quit briue dar zu darf, die ſullen vnd wollen wir em lazzen ſchriben vnd gheben zu allen czyten, wan he dy haben wil, von vns zu eynen rechten lene zu haben, zu geniſſen vnd geruwilichen zu beſitzen. Das zu orkunde etc. Preſentibus haſſone de falkenburg, Haſſone de vchtenhagen, Geuehardo et Geue-

hardo de aluenſleue et Ottone morner. Datum ſoldin, Anno M° CCC° LXXI°, feria quarta ante miſericordias domini.

Aus v. Hackwitz'ſcher Abſchrift, mit der alten Ueberſchrift: Collacio facta Titzen de dambeke, sagittario in Stholzenburg.

XXXVIII. Kaiſer Karl beſtätigt die Stadt Schönfließ, am 28. Auguſt 1373.

Wir Karll, von Gottes Gnaden Romiſcher Kayſer etc., bekennen vnndt thun kundt offentlichen mit dieſem brieffe allen, die in ſehenn oder horen leſen, das wir vnſern burgern der ſtadt Schowenflite, die nu ſein oder nachkommende ſein, vnſern lieben getreuen, beneſtet vnd beſtetiget haben, beneſten vnd beſtetigen inn mit dieſem brieff alle ihre freyheit, alle ihre gerechtigkeit vnndt alle ihre alte gewohnheit, vnndt wollen vnd ſollen ſie laſſen vnd behalten bey ehren vnnd gnaden, da ſie in vergangenen zeiten ſein geweſen, auch wollen vnndt ſollen wir ihm halten alle ihre brieffe, die ſie haben vonn furſten vnndt furſtinnen, vnndt wollen vnndt ſollen ſie ſunder allerley hindernüs laſſen vndt behalten mit allen gnaden, mit aller freyheit vnndt gerechtigkeit, bey allenn ihrenn eigenn, Leben vndt erben, als ſie vor das gehabt haben vnndt beſitzen. Auch wollen vnndt ſollen wir ritter, knappen, burgern vnd gebawern mit allen leuthen gemeinlichen, beide geiſtlichen vndt weltlichen, halten alle ihre brieffe vndt wollen ſie laſſen bey ihrer freyheit, bey allen rechten vndt gnaden. Auch ſollen vnd wollen wir vndt vnſere nachkomlinge deſſen mit nichten geſtaten, gevolborden noch gunnen, das ſie oder ihre nachkomlinge aus ihre ſtadt gelahden werden, ohne vmb handhafftige getaten, ſondern ſie ſollen zu rechte ſtehen vor ihrem ſchulten. Were es auch, daſs ihnen oder ihrenn nachkomlingen einige brieffe vergiengen oder vergangen weren, die ſollen vndt wollen wir vndt vnſere nachkomlinge von worte zu worte nach dem laute der brieffe, als ſie geweſen ſein, wiedergeben, vernewenn vnndt beſtetigen, ohne gifft vndt ohne gabe, vnndt auch von vnſern ambtleuten nimmer zukomende geirret, gehindert oder gekrencket, noch von der marcken verwieſet ſollen werden keinerley wieſe, ſondern ſie ſollen dabey vngehindert, vngeirret vnd vngekrenckt ewiglichen bleiben inn alle der maſzen, als ſie von alters biſzhero geweſen ſein vnndt als ſie des von vnſern vorfahren Marggraffen zu Brandenburgk brieff haben. Mit Vhrkunt dieſes brieffes verſiegelt mit vnſern kayſerlichen Mayeſtat inſiegel, der geben iſt zu Strauſzbergk, nach Chriſti geburt dreyzehen hundert jahr, darnach inn dem drey vnd ſiebentzigſten jahr, am ſanct Auguſtinus tagk, vnſer reich in dem acht vnd zwantzigſten vnndt des kayſerthums inn dem neuntzehenden jahre.

Ad mandatum Domini Imperatoris
Theodorus Damerow.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 247.

XXXIX. König Siegmund von Ungarn beſtätigt dem Hans Sack zu Butterfeld die Hausſtätte Stolzenburg, die Dorfſtätte Butterfeld und das Dorf Bleſſin, am 25. Juli 1399.

Wir Sigmund, von gottes gnaden Kunige zu Vngern, zu Dalmacien, zu Croatien vnd Marggraf zu Brandenburg, Bekennen vnd thun kund offentlich mit dieſem Brive allen, die ihn ſehen oder hören leſen, das Wir angeſehen haben die mannichfeldige trewe vnd willige dinſte Vnſers lieben getrewen, des duchtigen Mannes Claws ſaks, etwen zu rorebeke vnd nu zu Boterfelde geſeſſen, die derſelbe dem irluchten furſten etwanne herrn Johanſen, Marggraven zu Brandenburg vnd zu Luſitz vnd hertzogen zu görlitz, vnſern lieben Bruder ſeliger gedechtnis, vnd auch vnſrer Majeſtat mit gantzen vlyſſe an manicher Stad vnd zu notlichen Zyten bewiſett hatt vnd erzeiget vnd ſich noch zu derſelben getrüen Vnſern dinſten alſo williglich darbietet, das wir ihm billich vnſere gnade vnd vorderliche gunſt bewieſen; ſo haben Wir mit wolbedachten muthe, rechter wiſſen vnd mit gutten Rathe Vnſers getrewen Rathes die huſsſtedte Stoltzenburg, die dorffſtedte Botervelde vnd das gantze dorf, Bloſen genant, als die demſelben Claws von den vorgenanten hertzoge Johanſen, vnſerm Bruder, vor CC ſchock vnd XIV ſchock Bohmiſcher groſchen, die er vor demſelben herrn hertzog gereit vfs gegeben hette, zu rechten pfande worden geſetzt vnd er dieſelbe in pfandes wiſe inne hatt gehabt vnd noch inne haldet, demſelben Claws ſake vnd ſinen rechten erben vnd noch Tylen ſacken zu Retzaw, ſeinem Bruder, vnd friedrich ſacke, Johannes ſacke, tzander ſacke vnd Claws ſacke, zu fryeberg geſeſſen, ſinen rechten Vettern, zu geſameter hand vnd ihren rechten erben mit allen gaaden, Fryheiten, rechten vnd nötzen, beſunder mit erdrichen, ackern, wieſen, welde, waſſern vnd allen andern zugehoringen, wie die genant ſeyn, nichts vfsgenommen, als ſie von alder von deme obgenanten heren Johanſen, hertzogen, vnſern Brudern, vnd andern vorigen herren gehalden ſeyn vnd beſeſſen vnd als ſie an vns, als an einen Marggrafen zu Brandenburg, ſin bekomen, haben vorliehen, erblich vnd ewiglich gegeben vnd verleihen auch vnd geben ihnen dieſelbe huſsſtede Stoltzenburg, die dorfſtede Boterfelde vnd das gantze dorf Bleſen zuhalden erblichen oder ob in das not werd, zuverſetzen, zuverkouffen oder nach iren willen zuverkummern oder ewiglich zu beſitzen. Mit vrkunde dieſs brieves vorſigelt mit vnſerm heimlichen angehangenen Inſigel, der gegeben iſt in vnſer liebe frawe Marie Kloſter in vnſerm Lande den Czepſe, an ſanct Jacobs des heiligen zwelf Boten tage, nach chriſti Geburde MCCC vnd darnach im XCIXten Jaher.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 84.

Anm. Die in dieſer Urkunde erwähnte Hausſtätte Stolzenburg iſt wohl die Stätte des neuen Hauſes zu Stolzenhorſt bei Mohrin, nach der Urkunde vom Jahre 1368.

XL. Biſchof Nicolaus von Camin beſtätigt die von Nicolaus Sack zu Butterfelde vorgenommene Altarſtiftung, am 21. März 1401.

Vniuerſis criſti fidelibus, ad quoſ preſentes littere peruenerint, heinricus ploſte, henningus ploſte, Boyz, fratres, quidquid potuerint cum obſequiis, Recognoſcimus, quod cum accepta deliberatione et ob remedium animarum progenitorum noſtrorum ac noſtrorum domui ſancti ſpiritus in kunigeſberch pro VI tal. Brand. monete uendidimus ac contulimus vnum chorum ſiliginis, quem poſſidebamus jure hereditario in molendino, uie proximo, quando itur ad nouam ciuitatem, ſingulis annis ſine omni impedimento feliciter tollendum. Ne igitur hec uenditio ab aliquibus noſtris ſucceſſoribus ſcrupulo alicuiuſ impedimenti conculetur, preſentes litteras dicte domui ſancti ſpiritus donauimus ſub teſtimonio horum, qui dicte uenditioni aderant, cum fieret confirmatas: Ja. Rudolfi, Wil. blumenberch, alberti Rudolfi, Magiſtri Georgii, wol. michaelis, henr. heylen, Joh. de prinzlauia, heydeke, heyneke ſifridi, Johannis de ſtendal, qui conſules huius anni habebantur, Ebelini de widdechow, Mali Lu, nec non prouiſorum domus predicte, ſcilicet Joh. heylen, Joh. Quant. Datum anno domini M° CCC° decimo, in vigilia ſymonis et Jude apoſtolorum. Sigillo proprio caruimus: ob hoc vſi ſumus ſigillo ebellini de widdechow.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 12.

XIII. Der Rath zu Königsberg übernimmt die Auszahlung einer Rente, welche Heinrich von Lyppenitz zur Versorgung der Kirchen daselbst mit Wein und Oblaten ausgesetzt hat, am 20. Januar 1312.

In nomine domini amen. Vniuerſis hanc literam inſpecturis nos conſules tam preſentes quam futuri ciuitatis konyngeſberch — cupimus conſtare — quod honeſtus vir Heynricus de lyppenicz cum uxore ſua elizabeth diſcreto et prouido maturoque conſilio et pura deuotione Eccleſie beate virginis, Eccleſie ſancti ſpiritus, necnon beati Nicolay in konyngeſberch in duobus talentis brand. mon. emptione rationabili pro comparatione vini et oblatarum gratuite prouiderunt, quam ſummam dictorum talentorum noſ conſuleſ in konyngeſberch dabimus prouiſoribus Eccleſie beate virginis ſingulis annis de noſtro conſiſtorio et perpetualiter in hunc modum: in feſto walburgis vnum talentum, in feſto martyni vnum talentum, Ita tamen, quod nulla peſtilencia, nulla kariſtia ſew ulla occaſio ſyniſtra poſſit predictos prouiſores Eccleſie memorate a perceptione predicti beneficii vllo modo inpediri. Preterea nos conſules hanc emptionem et venditionem per heynricum de lyppenis et vxorem ſuam elyzabet et nos factam predictiſ prouiſoribus Eccleſie beate virginis donamus et appropriamus liberam et exemptam. In recompenſam huius facti heynricus de lyppenis et vxor ſua Elyzabeth nobis Sexaginta quinque marcas denariorum hylariter donauerunt. — Teſtes huius rei ſunt conſules pro tunc temporis wol. michaelis, Heynricus de Sconenwlite, Magiſter georgius, Johannes heylwigis, Johannes laurencii, Johannes Eynbeke, Arnoldus de Monte, Crummenſe et Meyneke de berno, Jacobus Rudolphy, Heynricus wuſterwitz, noſtre ciuitatis prefectus, et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M° CCC° XII°, in die ſabiani et Sebaſtiani martyrum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 18.

XIV. Graf Günther von Käfernberg der Jüngere bezeugt, daß die von Butz ihren Beſitz in der Thormühle zu Königsberg dem Rathe überlaſſen haben, am 14. Auguſt 1313.

Ad rei geſte cognitionem. Nos guntherus, Dei gracia Comes de keuerenberg Junior, preſentibus publice proteſtamur, quod honeſti viri Henninghus et ebel et ruleko, fratres, dicti de butz, Coram nobis, preſente Johanne de mortzanen, aduocato noſtro fideli, hereditatem, quam habuerunt in molendinum (molendino?), ſitum (ſito?) in portis ante konigeſberg, reſignauerunt ad uſus Conſulum ciuitatis koningeſberg ac ciuium vniuerſorum et ad vſus honeſti viri trutwyn dicti, abnuentes omnem impetitionem, quam poſſent ipſi uel poſſet ipſorum in parte uel in toto in molendinum ferre predictum, nichil iuris ſibi deinceps uſurpantes. In cuius teſtimonium preſentes litteras Ciuitati konigeſberge dedimus noſtro ſigillo roboratas.

ıtum et datum koningesberg, Anno domini M° CCC° XIII°, in vigilia assumpcionis beate arie virginis.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 42.

V. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Königsberg die Hebung von zwei Wispeln aus der untern Heil. Geist-Mühle und drei Talenten aus dem Ruthenzinse, am 26. März 1315.

Nouerint vniuersi, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, quod nos Woldemarus, dei atia Marchio Brandenburgensis et de landsberch, dedimus et in sufficienti damus deeratione dilectis nostris Communitati Ciuium in koningesberch proprietatem duorum chororum, inferiori molendino sancti Spiritus in campo ibidem sito, et trium talentorum in Censu arearum uitatis temporis perpetuis cursibus possidendorum, renunciantes fructis eisdem pro nobis et pro ta nostri Posteritate presentium forma literarum. Presentibus domino Gunthero de keuerenerch nobili, henningo de Stegeliz et henrico decano Stendaligensi, nostro capelno. Actum et datum Torgelow, anno domini M° CCC° Quintodecimo, in Crastino Annunctiaonis sancte Marie virginis, sub nostro sigillo in huius proprietatis donationem liberalem euidentiam eniorem.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 14.

VI. Liquidation der Kriegskosten, welche die Stadt Königsberg für den Markgrafen Woldemar in dessen Feldzügen bestritten hat, vom Jahre 1316.

Anno domini millesimo CCC° XVI° Nos Consules ciuitatis koningesberch hanc summam ecunie dedimus ad gwerram domini nostri Woldemari Marchionis: primo pro brasco, quod ominus marchio postulauit a nobis CCCC marcas leuium denariorum et presentauerunt Kunekino ol, monetario in Zwet. Item in seruicio curruum perdiderunt XIII equos, quos compararunt pro L tal. Brand. vno minus. Item dederunt III pernas, quas emerunt pro III talentis Brand. Item ro allecibus et strumulo XVIII tal. Brand. leuia. Item in eodem seruicio serui consumpserunt VI al. leuia. Item cum expugnaretur castrum zwanow, emisimus IIII currus, in illa reysa tunc serui onsumpserunt IIII tal. leuia. In eadem reysa dominus Botel aduocatus accepit vnum equum Ciitati estimatum pro IIII tal. Brand., quem dedit cuidam famulo, dicto stange. Item cum dominus noster marchio circumvallasset ciuitatem Woldegge, postulauit a ciuitate XL choros siliginis

et quinquaginta plaustra cerevisie, pro quibus dedimus CC tal. Brand. minus XX tal., et prestiterunt domino Ebellino de viddechow. Item post conversionem sancti pauli pro uectura quadam postulata dedimus XL talenta levia, que prestiterunt domino Ebellino de viddechow. Item in medio quadragesime dedimus pro itinere expeditionis VI tal. Brand., que prestiterunt Wendekino. Item supra festum Johannis dedimus decano de stendal CCC tal. levia VIII tal. minus pro siligine et cerevisia. Item iuxta assumptionis sancte marie festum perdidimus supra torgolow I equum, estimatum pro IIII tal. Brand., et unam pernam pro talento. Item dedimus LX tal. Brand. juxta martini domino henrico de stegeliz et domino henningo de blankenburch, In prinstavia, pro XXX choris brasii. Item XL marcas argenti dedimus crustkino in die sancti Nicholai. Item in expugnatione castri Wronic VI tal. Brand. Tota summa hec est VIIIC. Brand. et XXXIIII Brand. talenta.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 15.

XVII. Markgraf Woldemar verleiht dem Jacob Rudolphi in Königsberg vier Hufen in Bernekow, am 20. Februar 1317.

Noverint universi, Quod Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, dimisimus et presentibus litteris conferimus Discreto viro Jacobo, Rodolphi dicto, civi nostro in konyngesberg, et suis veris heredibus quatuor mansos, Adiacentes ville Bernekow absque precaria et quolibet servicii et gravaminis onere nunc et perpetuis temporibus libere et plane pacifice possidendos. Pro predictorum vero mansorum precaria et curruum serviciis Idem Jacobus pro se et suis heredibus in parata pecunia persoluit nobis VIII marcas Brand. arg. et ponderis, de quibus ipsum et suos heredes presentibus quitum dicimus et solutum. Predictis eciam sic adiectum, quod predictus Jacobus, si decreverit, huiusmodi mansos vendere, poterit ea libertate et jure illo, quemadmodum superius est expressum. In premissorum vero evidentiam sepedicto Jacobo presentes litteras dedimus nostri Sigilli munimine firmiter roboratas. Datum Tangermund, anno domini Millesimo Tricentesimo Septimo decimo, Dominica Invocavit, presentibus nostris fidelibus dominis hassone et wedegone de wedele, Ebelone de viddegow, militibus, Thiderico, Segero et Everhardo, Grandzoyensis, stendaliensis et stolpensis prepositis, cum pluribus fidei testimonio decoratis.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 16.

XVIII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Königsberg die Urbede und vier Seen, am 26. Auguſt 1317.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Recognoſcimus tenore preſentium manifeſte, Quod dilectis Civibus noſtris preſentibus et futuris Civitatis noſtre Köninghesberg tali duximus ſubwentionis gratia ſuccurendum, quod de cetero, finitis prius libertatis ipſis per nos date annis, juxta noſtrarum continentiam literarum, ſtare volumus perpetuo contenti in quinquaginta marcis argenti brandenburgenſis et ponderis, cujus ſumme medietatem in feſto beati Martini unam, aliam vero in feſto beate Walburgis ſubſequentis anni exſolvere contributionis nomine tenebuntur ſingulis annis, nec ipſis hanc ſummam debemus aliquatenus ampliare. Dedimus quoque ipſis atque damus donatione ſolenni in hys ſcriptis hec quatuor ſtagna, ſicut nos ea habuimus, Mantel, Jelant, Wobyſer et Wuſtrow cum omni utilitate applicanda ſuis uſibus, prout ipſis expedire videbitur, perpetuo et juſto proprietatis titulo poſſidenda. Renunciamus ſiquidem dicte proprietati nec non omni juri, quod nobis aut noſtris poſſet competere vel accedere ſucceſſoribus in futurum, renunciatione debita et ſolenni. Proinde dicti Conſules et Cives noſtri pro ſe et ſuis heredibus et poſteris dimiſerunt nos ac noſtros ſucceſſores liberos et quitos de ſeptingentis talentis, que ipſis ex juſtis cauſis debuimus, denariorum Brandenburgenſium et de quinquaginta quinque talentorum eorundem denariorum, que etiam ipſis ex parte Domini obelonis de viddecho bone memorie debuimus, nec non de quadraginta quinque talentis denariorum Brandenburgenſium, que eisdem ex parte Mathie, noſtri quondam clavigeri, etiam debebamus, quarum ſummarum quidem ſolutionem faciendam ipſi in ſe ſuſceperunt in totum. Et ut premiſſa a nobis et noſtris ſucceſſoribus ubivis inviolabili obſervatione ſeruentur, hanc literam ſuper eo fieri iuſſimus et noſtri Sigilli robore fideliter communiri. Teſtes quoque ſunt Nobilis Vir Guntherus Comes de Keuernberg, Droyſico, Slotico, noſtri Dapiferi fideles, Henricus de Schenckendorff, Rudolphus de Liuendal, milites, Henricus, Eccleſie Stendalienſis Decanus, Euerhardus, Prepoſitus Stolpenſis, Hermannus de Luchow, noſtre Curie Capellani, cum aliis quam plurimis fide dignis. Actum et datum Soldini, Anno Domini M° CCC° ſeptimo decimo, ſeptimo Kalendar. Septembris.

Nach dem Copialbuche der Stadt Königsberg No. 4. Lückenhaft in Rehrberg I, S. 12 u. 264, wo die Urkunde dem Jahre 1307 zugeſchrieben iſt.

XIX. Peter von Schwaneberg überläßt dem Rath zu Königsberg den Zins von einer Stadthufe, am 24. April 1319.

Ego petrus de Swanenberg ſcripta per preſencia profiteor, me cenſum vnius manſi, quem de manu jncliti principis woldemari, marchionis de Brandenborch, juſto pheodi titulo tenui in ciuitate koningesberch ad uſus Conſulum eiusdem ciuitatis koningesberch

presente domino henrico de stegelitz resignasse. In cuius testimonium sigillum patris mei videlicet Johannis de swanebe'rch felicis recordacionis nichilominus et meum presentibus est appensum. Testes huius facti sunt rustici et incole ville lutcelow et alii quam plures fidedigni. Datum lutcelow, anno domini Millesimo tricentesimo XIX, octaua kalendarum Maii.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 17.

XX. Markgraf Woldemar vereignet den Hufenbesitzern zu Königsberg das Hebungsrecht des aus dem Besitz der Lehnsinhaber ausgelösten Hufenzinses, im Jahre 1319.

Nouerint etc. Quod nos woldemarus, dei gracia etc. fidelibus nostris ciuibus possessoribus mansorum in koninghesberg, presentibus et futuris, ad emendationem dicte ciuitatis dedimus proprietatem census mansorum pro quinquaginta marcis argenti brandenburgensis nobis plene persolutis, perpetuo possidendum, Cuius quidem census fructum quilibet dictorum mansorum possessores emerunt ab hiis, qui a nobis dictum censum pheodi titulo tenuerunt, pro LX marcis argenti brandenburgensis, Renunciantes dicto censui et omni iuri, quod nobis et heredibus nostris competere posset in futurum. In cuius testimonium etc. Datum torgelow, anno domini M° CCC° decimo nono, nostro sub sigillo, presentibus pluribus fide dignis.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 7 und 61.

XXI. Verbrüderung der Städte Königsberg, Schönfließ, Bärwalde und Mohrin, vom 24. April 1320.

In nomine Domini Amen. Nos Consules Ciuitatis Scowenflete notum presentibus volumus fieri universis, quod quatuor Ciuitates Conegesberche, Scowenflete, Berenwolde et Morin unionem indissolubilem quacunque etiam necessitate eis incumbente fecerunt in hunc modum, ita videlicet: Quod omnibus importunitatibus eisdem aduenientibus firmiter volunt unanimiter resistere, absque ulla separatione, omni ambiguitate procul mota. Preterea nempe sciendum est, quod Domini Consules de conegesberche se pre aliis tribus Ciuitatibus obligauerunt sub hac forma, quod ipsi in computatione volunt dare decem denarios, ubi quevis aliarum trium predictarum Ciuitatum sex denarios sunt daturi. Insuper in reysis equitandis volunt habere decem Viros quando alie predicte tres Ciuitates unaqueque sex Viros constant habituri. Ut ea, que per nos sub maturo consilio acta sunt, locum contineant et vigorem, ita ut predicta omnimode maneant indiui nostrum Sigillum in euidens signum certitudinis omnium predictorum presentibus est appensum

illis de conegesberche, Anno domini M° C. C. C° XX°, die beati Georgii. Completum extat predicto die hora nona.

Lehrberg I, 236. Originalurkunde des Stadtarchives No. 18.

Der Rath zu Königsberg verkauft an Bruder Dieterich und dessen Mutter eine Leibrente, am 24. Februar 1323.

Nos consules in konyngesberg ad vniuersorum noticiam puplica recognitione volumus ire, Quod nos prouido et religioso viro, fratri theodorico ordinis fratrum predicatorum ictum et matri sue agneti, dictis de pencun, vendidimus sex talenta denar. brand. et m titulo iuste venditionis, que vtrique uel soli respiranti singulis annis sine exactione uel qua- impetitione jn die sancti Martini, cuiuscunque conditionis fuerint, in persona propria uel veridica nobis ab eis destinata erogabimus, metu principum non obstante nec aliqua occa- frinola penitus incumbente, Hiis condicionibus nichilominus insertis: si hec sex talenta infra nam post diem sancti martini prorogantes non soluerimus expescenti, extunc durante proro- e sibi obligabimur ad suarum solutiones expensarum. Item si denarii Brandenburgenses ex is principali uel moneta permutata esse desierint, tunc vsuales forte minus validos ei tenebi- ad estimacionem et valorem Brand. modo succrescente copiosius emendare. —. Testes huius sunt Mathias hufnagel, Jacobus gildener, Johannes de eynbeken, Jacobus de , hermannus de mantel, Gyso de vydechow, hynricus de stendal, Meyneke erenwolde, Johannes bule, Crummense, consules tunc temporis; Jacobus Ru- , Heydeken, nostri conciues, et alii quam plures fidedigni. Actum et datum sub anno do- M° CCC° XXIII°, jn crastino mathie apostoli.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 20.

II. Arnold Sack belehnt Heinrich und Bollen von Stendal mit vier Hufen in Bernekow, am 11. November 1323.

In godes namen Amen. Vmme des menschen verghetenheyt so ghescbut eyn twiuel an dinghen, dy redelike gheendet sin. Darvmme is des noth, dat men sy met warasteghen bry- nde met guden tughe bevestе. Hirvmme ich Arnold sak vnde myne brudere maken oppen- vnde tughen in dessen bryue, dat wy hebben gheleghen Henric van Stendal vnde Bol- finem bruder, vnde eren erbnehmen vir houen met den kozten, dy darto behoren, in deme

dorpe to Bernecowe met erue vnde met lene vri ane dyneſt, ane bede, ſunder allerleye hinderniſſe tu beſitten. Vorthmer ſcholen ſy vnde er erfnamen in deme ſelnen dorpe tu Bernecowe hebben vnde holden ere ſunderleke ſcheperye. Dith guth coſte Henric van Stendal, ere vader, ieghen vnſen vader heren konen ſak recht vnde redeleke vmme ſine penninghe in der vorſprokenen vryheyt. Vmme dat ik Arnd vnde myne brudere willen dat ſtede holden, des hebbe wi deſſen bryf ghegheuen vnde gheteykent met Arndes inghefeghele. Des dinghes ſint tuch henning ſak, Sander ſak, Jacob heren Rulones, Johann van eynbeke vnde ander bederue lude. Deſſe bryf is ghegheuen na godes bort duſent iar Dribundert iar Dri vnde Twintich iar, in ſunte Mertens daghe.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 19.

XXIV. Markgraf Ludwig beſtätigt die Stadt Königsberg und ſchenkt ihr die Galchmühle, am 9. Oktober 1324.

Ludovicus, Dei Gracia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Palatinus Comes Reni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, ſuis fidelibus et dilectis atque univerſis Burgenſibus civitatis Koningenbergenſis preſentibus et futuris gratiam ſuam et ad perpetuam memoriam ſubſcriptorum ad hoc conſtantie veſtre ſincera ac indefeſſa liberalitas animum noſtrum provocat, Ut ea, que ad ſtatus veſtri commodum et aucmentum conſpiciunt, ſemper ſinceris mentibus proſequamur. Supplicationibus igitur veſtris iuſtis favorabiliter inclinati univerſas veſtras atque civitatis noſtre Konningenbergenſis libertates, jura, proprietates, gratias, approbatas conſvetudines, nec non emunitates, quibus vos et civitas eſtis prediti ac muniti a noſtris Anteceſſoribus Marchionibus Brandenburgenſibus ſancte memorie uſque in diem preſentem, Inſuper omnia inſtrumenta veſtra ac privilegia Vobis ac civitati ſuper quibuscunque rebus, bonis, proprietatibus, donationibus ſeu ſuper contractibus quibuswis, per ipſos noſtros Anteceſſores data et conceſſa, prout hoc etiam rationabiliter indulta et conceſſa ſunt, Approbamus, ratificamus, nec non preſentis pagine patrocinio confirmamus. Et ut ſemper (ſic) dicta noſtra ciuitas continuis incrementis ſuccreſcat, dedimus et preſentibus in perpetuum donamus Vobis ac civitati veſtrisque ſucceſſoribus molendinum, ſitum ſuper fluvium Rörek, quod dicitur Galchmöle, cui molendino nec non omni juri vobis ad hoc competenti renunciamus publice per preſentes. Et ut premiſſa omnia et eorum quodlibet ſemper futuris temporibus inconuulſa perſiſtant, hanc literam inde confici et ſigilli noſtri appenſione juſſimus fideliter communiri, Preſentibus ſpectabili viro Domino Bertoldo comite de Henneberg, nobili Viro Domino Henrico Comite de Schwarzeborg, noſtris avunculis, honorabili Viro Segero Prepoſito de Stendel, noſtre Curie Protonotario, Wedigone, Hinrico et Lodewico de Wedel, Bertoldo de Butz, noſtris militibus, cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnino hominj liceat hanc paginam infringere vel ei auſu temerario contraire. Hoc vero quicunque attemptare verit, a noſtra gratia ſe noverit elongatum. Datum et actum in dicta Konningesberg, in noſ

refencia per manum Hermanni de Luchow, Anno Domini M°. CCC°. XXIIII°., in die beatorum Dionifii et Sociorum eius.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 5 und dem Originale No. 21 des Stadtarchives.

LXV. Die Rathmannen zu Königsberg und zu Soldin ſchlichten Streitigkeiten, welche zwiſchen der Stadt Bärwalde einerſeits und Michael von Sidow und Friedrich Sack andererſeits beſtanden, am 23. April 1325.

Vor allen Chriſten Luden, dy deſzen Brief zyn edder horen leſen, bekenne wy rathmanne to Konigsberg vnd rathmanne thum Soldin, dat wy mechtig ſyn geweſt tu vorſcheidende tuſchil van Sidow vnd Frederick Zack nach erem tuſprake vnd des rads der Stad tu Bernwolde, dat ſy ere Lude hoger gepandet hebben, van den eren genommen dry punt vnd dry ſchillinge, dar ſpreke wy uth dor recht: Allerley holte, dy voreigent ſyn, dy ſcal men van rechte nicht hoher panden, wen dry Brandenburgiſche ſchillinge vn ſes pennige. Weret aver, dat manne duchte, dat he mere ſchaden gedan hedde, dar ſchal he zick an em an rechte laten gegen. Tu dem andern male, alzo Michel vnd Frederick deme rade tu Bernwolde anſchuldiget, dat ſy meinen in der ſtad holte zu Bernwolde vnd Weſen, dy dar liggen in oren holten an eren grenitzen, offt darin ennighe overvaringhe ſchege, ſy queme tu, wo ſy queme, dar emen ſy twe penninge af tu hebbende vnd dy rath den drudden. Dar hebben wy ſy ſus an derſcheiden in frundſchap. Af dy von Forſtenfelde welche overfaringhe deden an holte, an graſe edder welckerle wyſz dat ſy daf deden, dar ſcholen die Hern van Forſtenfelde twe pennige to hebben vnd die rath den drudden. Vortmehr alle overfaringe, die darin mochte ſchien in vorbenumeten holten vn weſen, dy ſchal dy rath tu Bernwolde tu richten hebben met allem rechte. Tu den drudden male, alſze Michil vnd Frederick den rade vn der ſtadt tu Berenwolde andedinget, dat ſy willen hebben die vehweyde in den vorbenumeden holten vnd weſen, dar hebbe wy ſy vm verſcheiden met vrundſchap, dat ſy ſcholen hebben die vehwede met al dengenen, dar ſy Heydehaver ave nemen, vngehindert vnd vngeweret, vtgenomen dy golnoſche weſe, dy ſcholen zy alle heigen van ſunte wolborgs dage wente tu*) ſunte wolborgen dage ſcholen zyk al digene Bruken, die da heydehaver ave geven den herrn to Forſtenfelde. Vortmer to den verden male, alzo Michil vnd Frederick den Rat zu Bernwolde anſchuldiget, dat em de Borger hindern vp eren Heyden met ören wegenen, dar hebbe wy ſy ſuſz an derſcheyden met vrindſcap, dat die von Bernwolde ſcholen varen vp erer heyden die apenbaren weghe wente an dat goriſche Brucke. Wan ſie denne kawelen maken edder rutſchlan, da ſcholen die Borger altuſamende varen wente to eren heerwege vngehindert vnd vngeweret vn eyn jederman ſchal nicht ſyne ſunderge wege maken vor die heyde. Ock alſo vme dy ſcheidinge butchen den heyden vnd den brucken, die dan noch nicht verſcheiden, die ſchole gy alſo holden, alzo gy van mynen herren

*) Hier iſt wohl eine Lücke.

den Vogeden vnde van dem rade to Konigiſzberge geſcheiden ſin vp den malen. Weret, dat juwen eyn den andern des vor wolde zyn, ſo wete gy wol, wo gy met den rechte tu Coſtrin geſcheiden ſyn, dat ſcal juwer eyn dem andern holden. Nu vp dat alle deſze vorgeſcreven ſtukken vn Artikel eyn ieglich an ſik ſelven geholden ſchal werden, dar ſegge wy Michil van Sido vnd Frederick Zack vnd vnſe rechten erven dem rade tu Beerwolde, die nu ſyn vnd na en kommen mogen, in trewen dat to ſtede vnd veſte du holdende, vnd deſz tu tuge vn tu Beter bewaringe ſo hebben wy vnſe ingeſegel laten hangen an dieſem brieve, de geſcreven iſ tu Bernwolde, Anno MCCCXXV, an ſunte Georgiens Avend.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 142.

XXVI. Henning, Ebeling und Cuno von Fiddichow verſprechen der Stadt Königsberg, daß ihr Bruderſohn Buſſo nach erlangter Volljährigkeit ſeine Rechte an die Mühle im Stadtgraben aufgeben ſoll, am 9. Januar 1327.

Nos benningus, Ebelynus et kuno, confratres de videchow, coram omnibus preſentia percipientibus viva voce proteſtamur per aperte, Nos providis Viris et honeſtis Dominis Conſulibus Civitatis konigeſberch unanimi voce et concordi manuque conjuncta promiſiſſe, quod noſter patruus Buſſo, dilecti fratris noſtri Buſſonis bone recordationis filius, cum ad annos venerit diſcretionis, omnia bona ſua, quocunque nomine fuerint nominata ſive judicata, que habet in molendino dicte civitatis, in foſſa ſituato, ſi qua habere dinoſcatur in eodem, ad manus ſive ad nutum prefatorum Conſulum Virorum prudentum predicte Civitatis prorſus et inſolidum dimittere debet et reſignare, quemadmodum nos dimiſimus et preſentibus reſignamus. Vt promiſſio predicta perſeveret et inconvulſa, preſens ſcriptum viris ſepedictis dedimus noſtris ſigillis communitum. Datum Anno domini M° CCC° XXVII°, ſexta feria infra epyphanie domini octaua.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 22.

XXVII. Landgraf Friedrich von Thüringen beſtätigt der Stadt und dem Lande Königsberg ihre Rechte für den Fall, daß ſie nach Markgraf Ludwigs Tod an ihn fallen ſollten, am 15. Juli 1327.

Wir Friderich, von gotes gnaden Lantgraue zcu Duringen, Marggraue zcu Myſne vnd herre in dem Lande zcu Plyſne, bekennen offenlich an diſem brife, geſchee, das die Stat, das Lant vnd die Leute zcu Kunigeſperg an vns geuile von Tode vnſes Swagers Marggraue

Ludwig von Brandenburg, als ſie vns globt, gehult vnd geſworen haben, das wir di Stat, das Lant vnd di Leute laſen ſullen bi allem rechte, bi aller vriheit vnd bi aller guder gewonheit, die ſie gehabt haben bi den alden Marggrauen von brandenburg vnd bi Marggraue Ludwig, vnſeme Swager dem vorgenanten, die ſie mit brifen vnd mit hantveſten bewiſen mugen. Zcu einer vrkunde habe wir en diſen brif laſen vor Inſigeln mit vnſeme Inſigell, do bie geweſt iſt vnſe herre Byſſchof Witige von Myſne, vnſe Ome, Greue Bertolt von Hennеberg, Greue Buſſze von Manſuelt, Greue Gunther von Keuernberg, Heinrich voyt von Plauwe Reuze genant, vnd ander vrumer leute genuk. Diz iſt geſchen zcu Brandenburg, noch Gotes geburt Tauſent Jar dreuhundert Jar in deme Sybenvnzcweinzgeſten Jare, an dem neheſten Myttewochen noch ſand Margareten.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 22.

XXVIII. Henning und Cuno von Fiddichow verkaufen 22 Hufen, das Schulzenamt und Patronat zu Bernekow einem Königsberger Bürger zu Lehn, am 29. Auguſt 1328.

In nomine domini Amen — nos henninghus et Cuno, fratres, dicti de Vydechow, famuli — Recognoſcimus — conſilio concordi prudenti viro et honeſto Nicolao culebars dicto, ciui in koningeſbergh, ſuisque veris beredibus viginti duos manſos in villa bernekow iacentes et iudicium prefecture cum quatuor manſis atque iure ſupremo, ſimiliter et iuſpatronatum eccleſie cum quatuor manſis ville eiuſdem iuſto venditionis titulo rite et rationabiliter vendidiſſe cum cunctis prouentibus ad predicta bona ſpectantibus, videlicet cum pullis, decimis et achynis (ſic), qui wlgariter dicuntur kozten, ceterisque vſufructibus — dominorum precaria duntaxat excluſa. Preterea nicolae culebars prefato antedicta bona contulimus et preſentibus conferimus in verum pheodum et legale. — Inſuper nicolao culebars deceſſo et viam carnis vniuerſe ingreſſo iuxta dei voluntatem, tunc ſuis heredibus legitimis bona conferemus ſepedicta, vt nicolao culebars prelibato nunc ſunt porrecta, quolibet munere uel precio ſimpliciter deſalcato. Interea ſi veri heredes nicolai culebars ſepenominati bona ſupradicta venderent, tali emptori vel emptoribus bona predicta ſine aliqua contributione, vt prius in preſenti litera — eſt prenotatum, animo beniuolo conferemus, ſicuti ipſis heredibus —. Eciam talem arcius includentes conditionem, ſi domini terre nicolaum culebars pretaxatum vel ſuos heredes legitimos ſiue talium bonorum emptores pro ſeruicio de illis bonis faciendo impeterent, tunc nos ipſum nicolaum culebars et alios ſimiliter a tali impeticione indempniter abſoluemus. — Teſtes huius venditionis ſunt: Dominus henninghus de Sydow, Dominus nicolaus albus, milites, Ruleken buz, Cuneken huchdorp, famuli, Hynricus Helew, Coppo de tzwet, Hynricus et bollo, fratres de Stendal, henninghus magni iacobi, ciues in koningeſberghe —. Datum in koningeſberghe, Anno domini M° CCC° XXVIII°, jn decollatione ſancti Johannis baptiſte, prophete et martiris glorioſi.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 24.

XXIX. Rulekin von Buz überläßt der Stadt Königsberg einen Wispel Pacht aus der Mühle im Stadtgraben der Neustadt, am 20. Januar 1329.

Multa suboriri potest de gestis rationabilibus hominum calumpnia, nisi sigillatis apicibus et ydoneis testibus efficaciter sint communita. Proinde noscant vniuersi presencia visuri uel audituri, Me Rulekinum dictum Buz meosque filios mecum nunc in hoc seculo vitam contrahentes, videlicet henninghum, hynricum, Rulekinum, Theodericum, Dydolphum, Ghere et Ottonem, Prouidis viris et honestis Consulibus ciuitatis Koningesbergh vnum chorum siliginis, quem habuimus a nostris progenitoribus in molendino dicte ciuitatis, in fossa ualue noue ciuitatis situato, pro decem talentis monete Brand. iuste venditionis titulo concorditer vendidisse —. Testes huius — sunt validi domini et honesti Henninghus de Sydow, henninghus velthan, Nicolaus albus, milites, Henninghus de vydechow et Conradus Huchdorp, famuli —. Datum anno domini millesimo CCC° XXIX°, ipso die fabiani et Sebastiani martirum Beatorum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 25.

XXX. Markgraf Ludwig vereignet einem von der Familie Splinterfelde gestifteten Altare zu Königsberg die Mantelmühle, am 30. September 1329.

Inn deme Nahme des herrenn Amen. Wy Lodovicus, vann goths gnadenn tho Brandenburg vnd der Lusacien Marggraue, Paltzgraue By deme Ryne, Hertoge vann Beigeren, Des hiligen Romischen Rykes Ertzige Cemerer, Meth diessenn vnserenn apenn Jegenwerdigen schriften offentlich Beckennen, Dath de vorsichtigen Mhenner, Alsze Er Nicolaus, eynn priester, vnnd Georrius, eyn Leige, genomet die Splinterselde, Betrachtet orer sielen selicheit, Ein Altare In der parre kercken vnnser Stadt Konigesszberg gebuweth, Dath sulfftige Altare meth einer Molen, gnanth die Manthell-Mole, meth aller nuttunge vnd fruchten Der sulfftigenn Molenn begyfftiget hebbenn In die erbe Marien vnd Sunthe katherinen, vnnd wy szulckens saliges dinges mededeylig Begerenn tho werdenn vnnd vnseme des Durchleuchtigen forsten Woldemari Seliger gedechteniszze, wandages Marggrauen tho Brandenborge, hebben gegeuenn vnd meth diszem vnszerenn Jegenwerdigen schrifften gewe wy den Gantzenn vnnd sulkomenn Egendom, den wy ower de genomede Mole vnnd alle früchte genuth hebben, Alszo dath wy noch vor vnsz noch vor vnszern Nachkomelingen keynn Rechtigkeite darower beholdenn noch an de Molenn pechte odder nuttighe felember wisz . . . . . hebbenn vnd jegenwordich losz szeggenn alle rechticheit, de vnse muchte findt thogekamen vnd noch In thokamen Tyden thokamen muchte: vnd die vpgenomende Georrius Splinterfelt vnd nha ehm szine erwenn de vorliggunge des selfftigenn Altars vth vnnszer Besunderlicken gnade Bosittenn schall, vnd de vicarius des altars, Nhw tho der tydt vnd de nha ehm kamen, scholenn hebbenn Macht, frey den watherfloth vnd dat flythe tho der Molenn tho brukenn, De flythe tho uorstoppen Edder vptorümen, wech to leydenn vonn der Mole edder

darto tholeydenn, ſunder Etligen vorbidendt. Thu mher warheyt vnnd Tugeniſſze hebbenn wy vnnſze Ingeſegell diſſzen ſchrifften nedenn lathenn anhengenn, Tuge, dy hir by geweſt, ſindt Hinricus vann ſtegelytzs, Hinricus vann Sydow, Beteke van Holſcendorp, Hermannus vonn Wuſzkow, Ridder vnnſzes hoffes, vnnd ſele mher vnnſzes hofes gefinde loffwerdigen. Datum Prentzlow, Anno domini Milleſimo Tricenteſimo vigeſimo Nono, In die Jheronymi.

Nach einer alten Ueberſetzung im Königsberger Stadtarchive No. 26.

XXXI. Henning und Cuno von Fibdichow überlaſſen dem Rathe zu Königsberg zehn Wiſpel Getreidepacht aus einer auf dem Stadtfelde an der Röreke gelegenen Mühle, am 2. März 1330.

Multa ſuboriri ſolet de geſtis rationabilibus hominum calumpnia, niſi ſigillatis apicibus et ydoneis teſtibus talia ſunt communita. Proinde nouerint vniuerſi preſencia percepturi, Quod nos henninghus et Cuno, fratres, dicti de videchow, viua voce recognoſcimus publice proteſtando, Quod prouidis viris et honeſtis conſulibus ciuitatis konnigeſberghe, preſentibus et futuris, vnanimi voluntate et concordi Decem choros ſiliginis dimiſimus et preſentibus dimittimus in ſupremo molendino in metis agrorum dicte ciuitatis ſuper aquam, que dicitur Roreke, ſituato, quod wlgariter dicitur molendinum relicte Anſelmi, quolibet ſeruicio proculmoto. Ceterum eciam recognoſcimus, quod quandocumque placuerit voluntati predictorum conſulum, tunc nos et noſtri heredes vniuerſi porrectionem ſiue collacionem prefatorum bonorum coram domino noſtro marchione eis debeamus dimittere et velimus, ſeruicio omni excluſo. Ne autem huiusmodi dimiſſionis contractus ab aliquibus in poſterum infringatur, preſentem paginam ſuper hunc confectam predictis conſulibus dedimus noſtrorum ſigillorum munimine roboratam. Teſtes huius ſunt dominus henninghus de Sydow, Dominus nicolaus Albus, milites, hynricus plotze, famulus, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo triceſimo, feria ſexta ante dominicam Reminiſcere miſeracionum tuarum domine.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 27.

XXXII. Buſſo von Greifenberg, Pfarrer in Königsberg, bekundet die Stiftung eines Altares in der Pfarrkirche daſelbſt mit der Mühle zu Mantel, am 21. Januar 1331.

Noverint univerſi preſencia viſuri vel audituri, quod ego Buſſo de Gripbenbergh, plebanus in Konningesbergh, recognoſco viva voce *lucide* proteſtando providos viros et multum

honeſtos dominum Nicolaum de Splintervelde, ſacerdotem, et Georgium, patruum ejus cognominis ejusdem, civem in Berenwoldis, coram me comparuiſſe et in ſuorum remiſſionem criminum progenitorum atque in propriorum abolecionem ſcelerum, molendinum prope villam Mantel ſituatum cum proventu quocunque et omni jure ad ipſum ſpectante ad unum altare in eccleſia beate Marie in Koningesbergh pure propter Deum dotaviſſe, cui inquam facto conſencio tali modo, quod omnibus vite mee temporibus altare predictum quando vacabit, debeo conferre pure propter Deum, me autem de hoc mundo ſurrepto ſecundum dominice voluntatis diſpoſitionem dominus Nicolaus predictus et Georgius prememoratus et ſui heredes ſupradicti altaris erunt collatores. Preterea quidquid de votiuis de ſepedicto altari poterit derivari, Hoc meo uſui vel meorum cedat ſucceſſorum. Teſtes hujus contractus ſunt conſules civitatis Koningesbergh infraſcripti, videlicet Jacobus de Tzwet, Matthayas Hufnagel, Conradus Clemptz, Meinekynus de Bernwoldis, Johannes Crummenſe, Tydeken Steuen, Hynricus de Stendal, Rudengerus de Plone, Gerardus et Jacobus de Narthuſen, qui cum ſigillo civitatis predicte una cum meo et ſigillo domini Nicolai, ſacerdotis preallegati, atque Georgii antedicti preſencia roborarunt, Anno domini MCCCXXXI, ipſo die Agnetis virginis et martyris glorioſe.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 185, übereinſtimmend mit dem Original No. 28 des Königsberger Stadtarchives.

XXXIII. Die von Sidow überlaſſen einem Bürger in Königsberg ihren See Crimow wiederkäuflich, am 26. Januar 1332.

Que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum lapſu temporis, expedit ea literis ſigillatis et teſtibus ydoneis firmiter communiri. Noverint igitur univerſi preſens ſcriptum viſuri vel audituri, quod nos Henningus de Sydow, miles, habito noſtrorum filiorum et heredum conſilio matura provido Viro et honeſto Nicolao Culebars, civi in Koningesbergh, ſueque probe conjugi Kriſtine et honeſte atque ſuis heredibus veris, cujuscunque fuerint ſexus, ſive maſculini vel feminini, ab ipſo hactenus generatis vel impoſterum legitime generandis, pro centum talentis denariorum brandenburgenſium rite et rationabiliter vendidimus in verum pheodum noſtrum ſtagnum, Crymo dictum, cum omni juri ad ipſum ſpectante et proventu quocunque ab eo derivante, quoque cenſeatur nomine, Uno cum paruis retibus piſcatore dumtaxat excepto, Qui omnia piſcium genera in prefato ſtagno natantia licite poterit piſcari ad noſtri vel noſtrorum heredum utilitatem, excluſo tamen uno genere piſcium, quod plaſma, id eſt braſmen, vulgariter nuncupatur, Et excepta parte canne dimidia in hoc ſtagno annuatim ſubolentis, quam ad noſtros atque noſtrorum heredum uſus nobis ſpecialiter reſervamus, Iſta conditione arcius intercluſa, quando nos vel noſtri heredes Nicolao Culebars predicto vel ſuis heredibus legitimis centum talenta brandenburgenſium denariorum pagaverimus vel pagaverint, tunc ſtagnum prenarratum ad noſtros vel heredum noſtrorum uſus libere redibit velut ante. Ceterum apponimus, quod Nicolaus Culebars antedicto viam univerſe carnis juxta Domini voluntatem ingreſſo, tunc ſtagnum prefatum ſuis cum proventibus cunctis, ſicut ſuperius

ſit expreſſum, in verum pheodum a nobis vel noſtris heredibus debeat conferri uxori ſue Kriſtine atque ſuis heredibus veris, cujuſcunque fuerint Sexus, ſive maſculini vel feminini, abſque quolibet donationis munere, quocunque nomine poterit nuncupari. Teſtes hujus venditionis ſunt ſtrenui Domini Henningus Velthan, Nicolaus Witte, milites, atque diſcreti Viri Conſules Civitatis Koningesbergh infraſcripti, videlicet Heydekinus, Jacobus de Swet, Matthias Hufnagel, Henningus de Selyn, Conradus de Clemps, Ludolphus de Schiltberg, Coppo Petri, Wilhelmus de Horne, Conradus Goldener et Otto Bucvel, qui preſentem paginam ſigillorum munimine roborarunt, quemadmodum nos fecimus noſtro cum ſigillo, ne hujusmodi a nobis vel ſucceſſoribus noſtris impoſterum ſiniſtre infringantur. Datum Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo, in craſtino converſionis beati Pauli Apoſtoli glorioſi.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 41.

XXXIV. Buſſo von Greiffenberg, Pfarrer zu Königsberg, erläßt Anordnungen, wie es mit dem Patronat über den Altar der Elendengilde daſelbſt nach ſeinem Tode gehalten werden ſoll, am 7. Januar 1333.

In nomine domini Amen. Modernorum geſta racionabiliter celebrata, literis ſigillatis et testibus idoneis expedit communiri, ne oblivio, que eſt mater erroris, ipſa deleat aut hominum malignitas hec infringat. Notum igitur ſit univerſis preſencia viſu et auditu cognituris, quod nos Buſſo de Griphenberg, plebanus in Konigsberg, honeſtis viris magiſtris et univerſitati Gulde exulum noſtre civitatis Konigsberg predicte annuimus et licentiavimus ad cuiusdam altaris dotacionem, quod magiſtri cum univerſitate Gulde prefatorum exulum in noſtra parochiali virginis Marie in Konigsberg, ut laus omnium conditoris inibi augeretur, fundaverunt, cuius ius patronatus nobis obtinuimus et vite noſtre temporibus obſervabimus nulla interveniente aliquorum controverſia. Dum vero iuxta dispoſitionem voluntatis dominice de hoc mundo per mortem fuerimus evocati, ex tunc conſules antedicte civitatis una cum magiſtris Gulde exulum ſupradictorum, quicunque extiterint, eiusdem altaris jus patronatus poſſidebunt. Porro ipſo altari vacante ſi conſules dicte civitatis et magiſtri Gulde ſepedictorum exulum forte ob discordiam eorum vel negligenciam predictum altare infra circulum quatuor hebdomadarum alicui clerico non contulerint, tunc curſu quatuor ſeptimanarum completo plebanus ſupradicte civitatis noſtre ſucceſſor, occaſione nulla obſtante, prefatum altare, cuicunque clerico voluerit, preſentabit. Ut autem hec rata permaneant et inconvulſa, preſens ſcriptum munimine noſtri ſigilli iuſſimus roborari. Teſtes huius rei ſunt magiſter Hinricus Solidus, tharifta eius altaris, Bulle de Stendal, Conradus, prefectus, Hinricus de Stendal, Coppe de Suet, Ludolphus de Schiltberg, magiſter Egidius noſtrarum ſcholarum et quam plures alii fide digni. Datum Anno MCCCXXXIII. in craſtino epiphanias domini eiusdem.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 329.

XXXV. Cuno von Fiddichow belehnt die Söhne des Nicolaus Kulebars mit den Beſitzungen in Bernekow, am 28. Juni 1333.

In nomine domini amen — nouerint — nos Cunonem dictum de vydechow, famulum, lucide proteſtari publice recognoſcendo, Quod pro ſex marcis arg. Brand. nobis ob ſpecialem graciam ſiue favorem largitis prouido viro et honeſto nicolao culebars, ciui in koningeſberch, et nicolao culebars, fratri ſuo, filiis nicolai culebars, quondam ciuis in koningeſberch bone memorie, contulimus et preſentibus conferimus manu copulata ſiue in ſolidum in verum pheodum et legale talia bona in villa bernekow iacencia, qualia pater eorum iure hereditario ipſis dereliquit, quemadmodum patri eorum nos et frater noſter henninghus pie recordacionis eadem bona contuleramus. Preterea nicolao culebars ſeniori tutoriam fratris ſui nicolai adhuc indiſcreti annuimus et contulimus bonis in eiſdem. Inſuper recognoſcimus, quando nicolaus culebars iunior adhuc indiſcretus ad annos peruenerit diſcretionis, quod tunc talia bona ipſi vna cum fratre ſuo nicolao ſupradicto manu coniuncta conferamus quolibet munere defalcato. Ceterum profitemur, cum filii noſtrorum fratrum annos attigerint diſcretionis, quod tunc ambobus fratribus, videlicet nicolais culebars prenominatis, eadem bona ipſi debeant conferre in verum pheodum abſque omni munuſculo, vt nos patri eorum ipſa contuleramus etc. — Teſtes huius collationis ſunt: Dydolf de plote, Hynricus et henninghus de Sydow, famuli, Heydek, Hynricus helewici, Tydericus Steuen, Hynricus cuweyde, ciues in koningeſberch, et quam plures alii fidedigni. Datum anno domini M° CCC° XXXIII°, In vigilia petri et pauli apoſtolorum beatorum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 29.

XXXVI. Der Abt des Kloſters Chorin beſcheinigt dem Rath zu Königsberg den Empfang eines ſeinem Kloſter von einem verſtorbenen Pfarrer zu Herzſprung hinterlaſſenen Vermächtniſſes, am 23. Januar 1334.

Nouerint vniuerſi preſencia viſu vel auditu cogniturі, Quod nos frater iohannes de nomyk, abbas fratrum ordinis Ciſtercienſis in Coryn, totuſque conuentus ibidem a prouidis viris et honeſtis conſulibus ciuitatis koningeſberge quinque marcas argenti Brandenburgenſis cum vno fertone ſuſtulimus ex parte domini Johannis, quondam in hertſprunk plebani bone recordacionis, quas idem dominus iohannes in ſuorum aboleccionem (ſic) delictorum in extremis nobis legauit et aſſignauit, Promittentes eiſdem conſulibus, ſi aliquis impoſterum ipſos pro tali pecunia impecierit ſiue moleſtauerit, quod eos a tali monicione ſiue infeſtacione volumus eximere atque liberos reddere et indempnes, ita quod nullum exinde ſorciantur detrimentum. In cuius rei teſtimonium prefati clauſtri abbatis ſigillum preſentibus eſt appenſum, ſub anno domini M° CCC° XXXIIII, dominica proxima ante conuerſionem beati pauli apoſtoli glorioſi.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 30.

XVII. Der Pfarrer und der Rath zu Königsberg bekunden, daß Bollo von Stendal, der Altar zum h. Kreuz in der Marienkirche gestiftet, das Patronat sich und seinen Erben vorbehalten habe, am 18. Februar 1334.

In nomine domini amen. Quoniam omnium habere memoriam pocius est diuinitatis, quam nitatis etc. — Nouerint igitur vniuersi presens scriptum visu vel auditu cognituri, nos Buſſo de Griphenbergh, plebanum in koningesberch, et consules ciuitatis eiusdem lucide stari, Quod prouidus vir et honestus Bollo de stendal, noster ciuis dilectus, altaris ab eo ti nobiscum in ecclesia beate virginis ad honorem sancte crucis, ad cuius consummacionem ndationem nos Buſſo de griphenberch antedictus in peccatorum nostri fratris domini Berimi, militis memorie felicis, atque propriorum scelerum remissionem viginti marcas puri argenti limus et dedimus, vt memoria nostra in altari predicto sollempniter imperpetuum peragatur, ionem siue jus patronatus sibi licite reseruauit, ita quod temporibus vite sue ipso altari vacante ut conferre altare prefatum, cuicunque voluerit, et presentare. Quo defuncto sui heredes legide lumbis eius nunc nati et adhuc nascendi immediate uel mediate quamdiu durabit linea sue nginitatis hereditaria erunt prelibati altaris collatores. Hiis vero omnibus per mortem elapsis icus de stendal suus germanus et post decessum eius sui heredes veri stirpe hereditatis perseuerante eiusdem altaris ius patronatus obtinebunt. Porro tandem hiis vniuersis de hoc surreptis diuina voluntate disponente, nullo interueniente obstaculo, plebanus vna cum nostre is consulibus vnanimi consensu et concordi sepedictum altare ipso vacante conferat et pre-. In memoriam huius rei firmiorem presenti littere nostra sigilla, pariter cum sigillo Bollonis licti sunt appensa. Testes huius sunt Magister Johannes de Cedenik, dominus Conradus llenkerken, Magister egydius, clerici, Dominus Nicolaus Wytte, miles, Conradus, tus in koningesberch, henninghus, frater eiusdem, Ludolphus de Schiltberch et lures fide digni. Datum anno domini Millesimo Tricentesimo Tricesimo quarto, feria sexta ante ıicam Qua cantatur Reminiscere.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 81.

XVIII. Markgraf Ludwig überläßt die Tutel über die Söhne des Ritters Henning Velthan den Gebrüdern von Sidow, im Jahre 1334.

Nouerint vniuersi etc. Quod nos Ludouicus etc. Commisimus, contulimus et presentibus imus strenuis viris Henningo et Henrico, fratribus, de Sydow, tutelam et administratioonorum filiorum strenui militis Henningi, dicti Velthan bone recordationis, dilecti nostri , cum vniuersis predictorum bonorum pertinentiis, iuribus, honoribus et commoditatibus eisonis ex antiquo pertinentibus, quam quidem tutelam et administrationem ante vnius anni strenuis viris Kunoni de Widikow et Kunoni dicto Sack contulisse meminimus, et qui

eidem tutele ad manus predictorum ceſſerunt voluntarie, quouſque dicti pueri ad debitum ſue etatis peruenerint, ſine impedimento quolibet pacifice poſſidendam. Pro qua quidem commiſſione et collatione a predictis Henningo et Heinrico de Sydow in L marcis argenti Brandenburgenſis Ottoni de Ylburg, dapifero noſtro, expedite pecunie noſtri nomine dicimus ſore ſatisfactum. Iuribus noſtris ſaluis. Debebimus etiam et volumus eisdem pueris bona ipſorum ipſis rite pertinentia conferre, quam primum ad etatem debitam deuenerint, contradictione noſtra qualibet quieſcente. Datum anno domini M. CCC. triceſimo quarto etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXXIX. Gebhard von Bortfeld, Herrenmeiſter des Johanniter-Ordens, weiſet einem von den Tempelherren Gebrüdern Bertram und Buſſo von Greifenberg in der Pfarrkirche zu Königsberg geſtifteten Altare ſtatt der ihm entzogenen Hebungen aus Bahn ſolche in Zornsdorf und Quartſchen an, den 2. April 1335.

In nomine Domini Amen. Univerſis et ſingulis, ad quorum noticiam deductum fuerit preſens ſcriptum, Nos frater Ghevehardus de Bortvelde, preceptor generalis ſancte domus hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolymitani per ſaxoniam, Marchiam et Slaviam, volumus eſſe notum. Quod de conſilio et conſenſu commendatorum et fratrum, apud nos in noſtro prouinciali capitulo in domo noſtra Nemerowe anno date preſentium celebrato, concorditer annuimus et conſenſimus de fundacione et dotacione cujusdam altaris in honorem ſancte Katherine virginis in eccleſia civitatis Koninghesbergh ad domum noſtram Roreke pertinente, per dominum fratrem Bertramum de Grifenberghe, militem ordinis milicie templi quondam facienda, ſub hac forma, quod dictus Bertramus redditus ſex marcarum argenti Brandeborgenſis annue penſionis ad dotem dicti altaris conſtituit in oppido Bane de cenſu lignorum et quorundam manſorum ibidem ſolvendos annuatim. Adhuc idem Bertramus Dei dono ſane vixit, ſed ipſo poſt modum de medio ſublato, cives oppidi Bane in reprobum ſenſum converſi, fidelitatis nobis ſollempniter preſtite immemores, a nobis ſe perfide diverterunt et penſionem predictam cultui divino deputatam prophanis et temerariis uſibus non ſolverunt. Nos vero recolentes piam devocionem dicti Bertrami et memoriale ſuum ſanctum non eſſe derelinquendum inſecula, propter malignitatem civium predictorum domino Borchardo de Tzachowe et plebano ibidem, cui dictus Bertramus altare predictum contulit prima vice, recompenſam fecimus nec non ſucceſſoribus ipſius in dicto altari perpetuis temporibus duraturam tali modo, videlicet quod in villa noſtra Tzorbensdorf in manſis melioribus dicte ville ſeptem marcarum redditus aſſignavimus eidem et ſucceſſoribus in dicto altari ejusdem et unam marcam, ultra ſex prius aſſignatas ſuperadditam, Dominus Boſſo, dicti Bertrami germanus et plebanus in Koninghesberge, adauxit et pro ipſa reſtaurum condignum nobis fecit. Et ſi manſi dicte ville caſu aliquo non ſufficerent exſolvere dictarum ſeptem marcarum penſionem, tunc de molendino ante curiam Quartzan vel de ipſa curia Quartzan exſolvi aſſignamus dictas ſeptem marcas. Et ſi dicta ſolucio non fieret die ſancti Martini confeſſoris et epiſcopi, ex tunc eccleſia et locus

In nomine domini Amen. Actiones, quas mundus ordinat, ſepe delet ſucceſsus temporum, niſi muniantur firmo Charactere literarum. Eſt igitur, quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, recognoſcimus et ad vniuerſorum notitiam Tenore preſentium publice volumus peruenire, Quod religioſis perſonis, ſcilicet domino Abbati, Priori, totique Conuentui fratrum ordinis Cyſtertienſis in monaſterio Marienwalde deo famulantibus tam preſentibus quam poſteris vniuerſis dedimus et damus, donauimus et per preſentes literas donamus, Integram villam Driuerſdorff, diſtinctam omnibus ſuis terminis et limitibus tam in agris cultis et Incultis, lignis, aquis, pratis, paſcuis, paludibus, molendinis, quam in omnibus aliis ſuis pertinentiis et Juribus, provt nobis, dum noſtra fuit, competebat, debito et conſueto proprietatis titulo perpetuis temporibus poſsidendam, Renunciantes ſimpliciter in preſentibus literis pro nobis noſtrisque heredibus, ſi quos Deo annuente procreauerimus, et ſucceſsoribus, omnibus Juribus, proprietati et actionibus, que in dicta villa hactenus habuiſſe dinoſcimur vel poſsent competere in futurum. Proinde predicti fratres tam preſentes quam futuri in iſta vita tranſitoria, quamdiu vixerimus, noſtri gerent et habebunt memoriam ſpecialem, Orationes et quicquid boni fecerint, vt arbitrati ſunt, nobis liberaliter Impendendo, Et nihilominus Jugiter annis ſingulis duntaxat (in feria ſecunda poſt octauas paſche [1]) in ſero, eorum in eccleſia ſolemnes decantabunt vigilias et (in ſequenti die [2]) miſsas pro defunctis, ſecundum exigentiam perſonarum celebrabunt, noſtri dum opus fuerit noſtrorumque progenitorum, videlicet patris, matris, patruorum et fratum memoriam deuotiſsime faciendo (Et in quinta feria ante feſtum Paſche, hoc eſt in cena domini, ſingulis annis [3]), dimidium chorum ſiliginis in pane piſto et ſex modios Braſei in cereuiſia confectos pauperibus diſtribuent elemoſinarum nomine largiendo. Et ne huiuſmodi noſtra donatio per nos rite facta poſsit in poſterum aliqualiter immutari, preſentes literas deſuper dedimus noſtri ſigilli munimine roboratas Preſentibus teſtibus Ebellone de Viddechow et Henningo Bothel, militibus, Theoderico in Grandzoy, Segero in Stendel et Euerhardo in Stolpp, prepoſitis, noſtre curie tunc capellanis, cum pluribus aliis fidedignis. Actum et datum in Gramzowe, Anno domini M°. CCC°. XVI°., feria quarta ante feſtum pentecoſtes proxima.

---

1) in octaua paſche. Original. 2) in craſtino eiusdem Octaue. Original. 3) Eademque die. Original.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 142. — Zu Zeiten der Abfaſſung des Copialbuches war Driversdorf als

eine wüſte Feldmark bekannt. — Das Original dieſer Urkunde befindet ſich im Beſitz der Königl. Univerſitäts-Bibliothek zu Berlin. Es zeigt weiter keine erhebliche Abweichungen von der vorſtehenden Copie, als in der Zeitbeſtimmung der Jahresfeier. Der abweichende Inhalt iſt in den Anmerkungen angezeigt. Anſtatt der ( ) eingeſchloſſenen Stellen der Copie lieſt man im Original die in den Anmerkungen angegebenen Zeitbeſtimmungen.

XV. Das Kloſter Marienwalde verleiht an Conrad Stym und ſeine Hausfrau 20 Hufen, einen Krug, das halbe Schulzengericht und das halbe Kirchlehn zu Lamprechtsdorf, am 1. Auguſt 1317.

Vniuerſis hanc literam inſpecturis Frater Michael, abbas in Marienwolde, totusque eiuſdem loci Conuentus ſalutem in domino ſempiternam. Cum ad memoriam rei geſte deſcriptio valeat literalis, Veſtre igitur recordationi ſubſcriptorum ſerie declaramus, Quod Conradus, dictus Stym, et vxor ſua Juncta XX manſos in lamprechtsdorff cum omni Jure tabernamque, vnam quoque medietatem ibidem Juris patronatus bonorum et eccleſie, cum medietate Judicii prefecture ab Heinrico, dicto Glum, cum omni Juſticia, ſecundum quod ipſe a nobis habuit et dinoſcitur habuiſſe, per emptionem ad vſum vite ſue legitime contraxerunt, Quod confirmauimus eis fauorabiliter conferendo: quoad et quamdiu alter eorum ſuperuixerit, ipſum ex integro poſsidebit. Quod ſi antedictum Conradum Stym ſolum ſuperuiuere contigerit et aliam vxorem duxerit atque heredes inde procreauerit, Tunc vt exigit legalis Juſticie Tenor et iam dicti heredis, licet ſolus fuerit an plures, totum iam dicti beneficii Impenſum Jure hereditario poſsidebunt. Quod ſi ſepedictum Conradum abſque liberis mori omnino contigerit, Tunc ad vſum noſtre eccleſie dicta bona liberaliter ſunt ceſsura. Hoc noſtri ſigilli munimine duximus inuiolabiliter roborandum. Datum Anno domini M°. CCC°. XVII, vincula Petri.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 18.

XVI. Henning Blume bekundet das Miteigenthum des Kloſters Marienwalde an der Mühle zu Regenthin, am 14. September 1317.

Vniuerſis hanc literam percepturis Henningus, Blume condictus, ſalutem cum omni obſequio famulatus. Memorie veſtre duxi perenniter innodandum, Quod domini mei monachi in Marienwalde medietatem habent in fructu et vtilitate molendini, quod ex fauore eorum in redentin edificaui, Et iſtam iam dictam medietatem molendini tollere debent, perenniter poſsidendam, quamdiu prius nominata villa redentin, per me vel per liberos meos non vendetur. Nam quandocunque vendi contigerit videlicet dicta villa Redentin aut per me aut per proprios meos filios vterinos, Tunc prefatum molendinum, quod nec vendi poteſt nec aliquo modo alienari, dictis do-

minis cedit cum pleno fructu et vtilitate ex integro, conditione Inuiolabili omni occasione postergata perpetualiter obtinendum. Et si aute nominati filii mei post mortem meam se in bonis procedent diuidendos, Quicunque ex tunc partem suam, quam habuerit in Redentin, vendiderit, pars eius si quam obtinuerit in molendino sepius prefatis dominis meis cum omni Justicia est deriuatura. Hoc mei et proprii sigilli munimine ac cautione testium solicitius communiui. Testes vero sunt Abbas in Marienwalde frater Michael, cuius signaculum et est appensum et eiusdem loci frater Woltherus, prior, Atque Theodericus de Cammis, Insuper Jo. de dosau, Arnoldus Sac et Heinricus Merkist, testes. Datum anno domini M°. CCC°. XVII°., in die Exaltationis sancte Crucis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 99.

XVII. Markgraf Woldemar ertheilt dem Kloster Marienwalde das Recht, die Stauung im See Pritzen beliebig zu erhöhen oder zu erniedrigen, am 25. Januar 1318.

Ad geste rei memoriam perpetuam Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Recognoscimus publice in hiis scriptis, Quod ob reuerentiam omnipotentis Dei et salutem animarum nostre et progenitorum nostrorum ad emendationem Clausiri Marienwolde dedimus et per presentes literas donamus fratribus presentibus et futuris, ibidem Deo famulantibus, liberam facultatem faciendi Inundationem stagni Prytzen, que vulgo dicitur Stawinge, in longum et latum ad quedam stagna adiacentia et ad riuulos influentes. Poterunt quoque predicti fratres, presentes aut futuri, vt dictum est, absque omni Impedimento et vara ac grauamine predictam Inundationem augmentare, diminuere, provt ipsorum necessitas seu vtilitas exigit et deposcit. Hoc etiam addito, quod ipsi fratres, partem Inundationis, que de ipso Stagno Prytzen effluit, possint effodere et deducere in ipsorum bonis et pro vtilitate sue ecclesie, sine omni impedimento et obstaculo quolibet, vel vt magis commodius et vtilius videbitur expedire. Et vt huiusmodi donatio, deuota mente per nos rite facta, perpetuum vigorem obtineat, presentes in huius rei testimonium dari jussimus literas et nostro sigillo communiri. Testes quoque sunt nostri fideles, Nobilis vir Guntherus, Comes de Keuernberg, Hasso de Wedele, Rodolphus de Liuendal, milites, Heinricus Steindalgensis Ecclesie Decanus ..... et Ebirhardus, Gnesezoyensis et Stolpensis prepositi, Hermannus de Luchawe, nostri Cappellani cum pluribus fidedignis. Actum et Datum Templin, Anno domini M°. CCC°. decimo octauo, Die Conuersionis Sancti Pauli Apostoli.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 113.

XVIII. Warpun und Hermann, die Prutzen, verkaufen dem Kloſter Marienwalde die Mühle zu Driversdorf, am 28. Auguſt 1318.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Cum natura ſit labilis et infirma, Neceſse eſt ea, que in tempore geruntur, ne ſimul labantur cum tempore, teſtimonio literarum perhennari, Nam fidelem memoriam retinet teſtimonium literarum. Vnde ad maiorem cautelam et tutelam noſtri facti Nos Warpun et Hermannus, dictus Prutze, notum eſse volumus tam preſentibus quam futuris, Quod noſtrum molendinum ſitum Driuerſtorp ſimul et locum et fundum Domino Abbati et Conuentui in Marienwalde, rationabiliter et rite vendidimus pro triginta talentis Brandenburgenſium denariorum ſeu leuium ſexaginta, Ita duntaxat, quod nec nos nec ipſi nec aliquis in perpetuum, quicunque emerit ſeu ſucceſserit in tali loco et flumine, libertatem ſeu facultatem molendinum habebit conſtruendi, Nec aliquod molendinum ligneum, quod poſsit a vento moueri ſeu circumferri. Item ſi aliquod obſtaculum ſeu Impedimentum ipſorum molendinum habuerit, de predicto flumine exſtirpare et remouere poſsunt vſque ad terminos diſtinctionis noſtre ſine aliqua Impetitione ſeu Contradictione. Item habebunt libertatem de villa Lamprechtsdorff per agros noſtros vſque ad eorum molendinum viam faciendi. Inſuper ſi nos aut heredes noſtros contigerit vendere villam noſtram Driuersdorff, non aliter vendemus niſi domino Abbati preſenti et ſuo Conuentu, ne aliqua diſsenſio oriatur inter nos et predictum Abbatem et ſuum Conuentum de venditione prefati molendini. In huius rei teſtimonium preſens ſcriptum fecimus conſcribi, Sed quia proprio ſigillo carumus ſub ſigillo Conſulum Ciuitatis Dubegniroe et ſub ſigillis vaſallorum Henningi, dicti de Slauia, et Michaelis, dicti Kratz, fecimus roborari. Teſtes huius rei ſunt viri Idonei, qui placitis Interfuerunt, videlicet dominus Gerardus, plebanus in Cloſterueldе et Conſules prefate Ciuitatis Dubegniroe, et Henningus de Slauia, ac Michael Kratz, famuli ſupraſcripti Henningus Glume dictus, Syfridus et Hentzekinus de Sanitze et alii quam plures fidedigni. Datum anno domini M°. CCC°. XVIII°., In decollationis Ioannis Baptiſte vigilia.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 148.

XIX. Herzog Otto von Stettin vereignet dem Kloſter Marienwalde 10 Hufen in Gr.-Laskow im Lande Bernſtein, am 28. Juni 1320.

In nomine domini Amen. Otto, dei gratia dux ſclauorum et Caſſubie, omnibus in perpetuum. Ne actus pii principum, piis vſibus addicti, in obliuionem aliqualiter deueniant, Neceſse eſt eos teſtibus et ſcriptis autenticis muniri et poſterorum memorie commendari. Juxta quod ſcire volumus tam poſteros quam preſentes, Quod Abbati et Conuentui Monachorum ordinis Ciſtercienſis in Marienwalde, proprietatem decem manſorum in magna Laſcou ſitorum in territorio noſtro Bernſtein dedimus cum omni Jure et Jurisdictione, omni precaria quocunque cenſeatur nomine et qualitercunque indicta fuerit et petita, omni vtilitate et vſufructu, perpetuis temporibus duratu-

ram, Dominium nihilominus et omnem poteſtatem, quod vltra dictos decem manſos habuimus et habere poſsemus in dictos Abbatem et conuentum integraliter transferentes. Ne igitur alicui ſuper eo dubium oriatur et ne huiuſmodi noſtra donatio ab aliquo vel aliquibus impediatur vel aliqualiter infringatur, preſentem literam dari Juſsimus noſtro communitam ſygillo in teſtimonium euidens predictorum. Cuius teſtes ſunt Ludouicus et Ludolphus, fratres, de Wedele dicti, Henningus de Hagene et Henricus, frater ſuus, Hermannus de Grapau, Kerſtianus Morſin, Wernerus Mortſin, milites, cum pluribus aliis fidedignis. Datum et actum in ſupradicto Clauſtro Marienwalde, Anno domini M°. CCC°. XX°., in vigilia beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli, per manus Johannis Lentzen, noſtri Notarii.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 129.

XX. Ritter Hennekin von Hagen ſtiftet ſeine Gedächtnißfeier bei dem Kloſter Marienwalde, am 4. Juni 1322.

Nos Hentzekinus, miles dictus de Indagine, preſentibus proteſtamur, Quod a religioſis viris Abbate, Priore totoque conuentu in Marienwalde emimus viginti vnum manſum et cenſum vnius taberne in villa Laſcou, cum omni Jure temporibus noſtre vite poſsidendum tali tamen conditione adiecta, vt poſt mortem noſtram, Gertrudis vxor dilecta, ſolum modo viginti manſos poſſideat ad tempora ſue vite. Preterea in ſalutem anime noſtre vxorisque noſtre predicte, predictis viris Abbati, Priori totique conuentui poſt mortem noſtram XII manſos in predicta villa Laſkou, quos nobis comparauimus rita emptione damus perpetuo poſsidendos. Porro in remedio noſtrorum peccaminum et medela animarum ſepe fatis viris, Abbati, Priori totique Conuentui loci memorati donamus ac in teſtamento aſsignamus LXXX tal. flauicorum denariorum, Jta vt in tempore diſsolutionis noſtre vite L tal. et in tempore migrationis Ghertrudis noſtre vxoris XXX tal. de noſtra hereditate erogentur. In cuius noſtre donationis certitudinem preſens ſcriptum contulimus noſtri Sigilli munimine conſignatum. Teſtes huius ſunt dominus Theodericus Bloch et Lodouicus de Indagine et in maiori euidentia ſigilla eorum preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque Conſules ciuitatis Arnſwalde, ex rogatu ſepedicti militis domini Hencekini de Indagine, ad maiorem certitudinem preſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum et actum Bloxdorff, Anno dominice Incarnationis M°. CCC°. XXII°., proxima feria ſexta ante dominicam Sancte Trinitatis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 129.

XXI. Ludwig von Haſelow entſagt Anſprüchen, die er auf Beſitzungen des Kloſters Marienwalde gemacht hat, am 25. November 1333.

Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris Ludouicus de Haſeloue, quondam domini Haſsonis militis filius, dicti de Haſeloue, in vero ſaluatore ſalutem. Actiones, quas homines ordinant, ne cum tempore labeſcant, ſolent teſtimonio ſcripturarum roborari. Hinc eſt, quod recognoſco, me fauorabiliter et concorditer reformatum cum domino Stephano, Abbate et ſuo Conuentu de quadam ſiniſtra Arreſtatione et iniuſta Impetitione videlicet Meuſtorp ſue ville, vltra XXXVI annos ab illuſtribus principibus ſcilicet Ottone cum telo et Conrado, Marchionibus patenter et rationabiliter empte et ab eiſdem ſuis literis et ſigillis ab omni Impetitione ſeu Guarratione roborate. Inſuper Impetii hoc ſtagnum nomine Cuſsin, coniacens iam dicte ville Meuſtorp, quamuis antea idem ſtagnum et cum ceteris bonis iam dudum in prima fundatione ſue eccleſie fuerat collatum. Ea propter nunquam per me nec per meos heredes ſeu conſanguineos predicta bona vllo modo iteranda vel repetenda. Teſtes huius rei ſunt dominus Henningus, miles, de Kranſcin, Jacobus Mortſin, Gunter von der Heide, Herman Röbel, Henzekinus de Zautze cum duobus ſuis fratribus Henningo et Syfrido, vaſallis. Datum Anno domini M°. CCC°. XXXIII°., In die Catarine virginis et Martyris.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 144.

XXII. Henning Pocherow quittirt das Kloſter Marienwalde wegen des Kaufpreiſes für Beſitzungen in Lamprechtsdorf, am 17. Januar 1336.

Nos Henningus Pocherou, prouiſor et protutor ex affinitate conſanguinitatis et Jure hereditario Henningi et Henrici, fratrum, filiorum domini petri pocherou, militis, pie recordationis, per preſentes publice proteſtamur, Quod dominus Stephanus, Abbas in Marienwalde, cum ſuo conuentu pro omnibus bonis, que predictus dominus petrus pocherou habuit in villa Lamprechtsdorff, perſoluerit veris heredibus antedictis ad tres terminos anni indictos et deputatos trecentas marcas vinconum et decem marcas plenarie et honeſte. Teſtes ſunt dominus Jacobus, plebanus in villa Rockit, Cuſche, prefectus in Woldenbergk, Hermannus Creuet, Cunach, ciues ibidem et Henricus Wulff, in villa Driuerſdorff armiger. Datum feria IIII poſt octauam Epiphanie, Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum dedimus noſtro ſigillo conſignatum. Igitur nos Conſules in Fredeberg et in Woldenberg ex rogatu vtrorumque venerabilium virorum et inductu ad maiorem euidentiam et certitudinem predictorum noſtra Sigilla duximus apponenda.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 18.

XXIII. Der Knappe Jacob Mortin bekundet eine von ihm mit der Hülfte des Patronats der Kirche zu Schwachenwalde dem Kloster Marienwalde gemachte Stiftung, am 21. September 1350.

In nomine Domini Amen. Memoria hominum prouide conſideratur, Dum rei geſte veritas linguis teſtium et ſcripturis roboratur. Hinc eſt quod ego Jacob Mortin, famulus, literas olim Abbati ac conuentui Marienwolde datas ad maiorem euidentiam modernorum, vt a nullo infringantur, poſtmodum in preſentia Swageri mei Fritzen de Zuke et meorum villanorum de Torne intendi innouare, Quod dimidiam partem collationis eccleſie ſeu beneficii Swakenwolde, dudum ad ſalutem anime mee et progenitorum meorum in honorem beate Dei genitricis et virginis Marie pro teſtamento Monaſterio Marienwolde benecole aſsignaui. Ita vt poſt obitum meum nullus niſi abbas dicti monaſterii collationem illius dimidii beneficii ſibi audeat vſurpare, Cum nunquam Henningo Zegeuelde, nec patruo meo Gunthero Gunterſberg vendere volui hanc collationem beneficii neque reſignare. In cuius rei teſtimonium Sigillum Fritzen de Zucke vna cum ſigillo meo preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt Arnoldus piſcator, Arnoldus Guleke, Ludeke Guleken, Nicolaus Weiſendal et alii quam plurimi fidedigni. Datum Torne, Anno domini M°. CCC°. L°., in die Mathei Euangeliſte.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 68.

XXIV. Der Landvogt Albert Wolffſtein und Cone Sack entſcheiden Streitigkeiten über 12 Hufen zu Laskow zwiſchen dem Kloſter Marienwalde und den von Hagen, circa 1350.

Nos Albertus Wolfeſſtein, miles, illuſtriſſimi principis domini Ludouici Marchionis Brandenburgenſis trans Oderam Aduocatus, Cone Sac, famulus, Ad notitiam vniuerſorum preſentes literas Intuentium volumus peruenire, Quod maturo Conſilio et bona libertate vtrorumque videlicet inter honeſtos viros priorem totumque Conuentum monaſterii Marienwalde ordinis Ciſtercienſis parte ex vna et inter famulos famoſos Tydericum et Marquardum, fratres dictos de Hagen, parte ex altera, placitauimus in hunc modum. Ita quod de duodecim manſis in villa Laſekou ſitis, quos prius Abbas et totus Conuentus dicti monaſterii Inuexaueront et Impetierunt, Quatuor manſi nunc ad tempus beati Michaelis proximum venturum ad dictum monaſterium in perpetuum redundabunt. Alii autem octo manſi Pezekou Schullebolten, cum vxore ſua, ſorore Tiden et Marquardi, dictorum de Hagen, ad tempora ipſorum vite vtrorumque obſeruabunt. Poſt ingreſſum vero ſeu diſceſsum vniuerſe carnis ipſorum amborum predicti octo manſi ad antedictum monaſterium in perpetuum redundabunt. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum cum ſigillo Conſulum Ciuitatis Arnſwalde et Cone Sac preſentibus eſt appenſum.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 131.

XXV. Markgraf Ludwig gewährt dem Kloſter Marienwalde Steuer- und Dienſtfreiheit für die Dauer von 8 Jahren, am 7. Oktober 1351.

Ludouicus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis et Luſatie, Sacri Romani Imperii Archimarſchalcus (ſic), Comes palatinus Reni, Bauarie et Karinthie dux, Tirolis et Goricie comes, Nec non Aquilegienſis, Tridentinenſis et Prixinenſis eccleſiarum Aduocatus, honorabili viro fratri Henrico, Abbati, vel qui pro tempore fuerit et conuentui monaſterii Marienwolde, ordinis Ciſtercienſis, Caminenſis diocefis, deuotis ſibi dilectis gratiam ſuam et omne bonum. Ad releuandum egeſtatis et Inopie onera, quibus vos perplexos fore nouimus, vos et veſtros ſubditos, colonos et pauperes quoſcunque in bonis veſtri monaſterii reſidentes a feſto Beati Martini proxime venientis vltra per octo annos continuos ab omni donatione et onere cuiuſlibet ſeruitutis et tallie qualitercunque nominate nobis faciende et ſeruitio curruum preſentibus liberamus, ſic quod nec nobis nec vlli officiatorum noſtrorum ad aliquam donationem nec ſeruitutem dictis octo annis durantibus aliquatenus teneantur, volentes etiam quod homines et ruſtici noualium veſtrorum, ſi que alias excoluerit et plantauerit, ipſis octo annis in veſtra proprietate ſine leſione qualibet etiam ipſo durante tempore gaudere predicta libertate et gratia potiri poterint et debebunt. Preterea ob reuerentiam omnipotentis Dei et ſalutem animarum noſtre et progenitorum noſtrorum ad emendationem veſtri clauſtri omnia Jura et libertates, que vel quas ab antiquis olim Marchionibus predeceſſoribus noſtris habuiſtis, vobis preſentibus nunc Deo famulantibus ac futuris preſentibus confirmamus. Inſuper etiam volumus, ſi predicti abbas et fratres aliqua bona in proprietatibus ſuis emerint vel redemerint in futurum, quod eadem bona ſub omnibus Juribus, gratiis et honoribus ſupraſcriptis debebunt pacifice ſempiternis temporibus poſsidere. In cuius rei teſtimonium preſentes dari fecimus Sigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas, preſentibus ſtrenuis viris Friderico de Lochen, Capitaneo noſtro, Wolffhardo de Satzenhoffen, Curie noſtre Magiſtro, Haſsone de Falckenburg, Wilhelmo de Bombrecht, noſtro pincerna, Perchtoldo de Ebenhauſen, magiſtro Coquine, Betekino de Oſt, militibus, et Ottone Mörner cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in noua Berlin, Anno domini milleſimo CCC°. quinquageſimo primo, feria ſexta ante feſtum beati Dioniſii Confeſsoris.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 5.

XXVI. Der Abt zu Kolberg geſtattet dem Abte des Kloſters Marienwalde das Recht zu Erwerbungen in Laskow und Schönwerder, am 5. Januar 1352.

In nomine domini Amen. Geſta mortalium citius in oblinionem redduntur ſi non ea teſtibus et literis ſigillaris ſolidentur. Hinc eſt quod nos frater Goſwinus, Abbas, totusque Conuentus in Colbatz volumus preſentibus fore notum, Quod domino Henrico Abbati, nec non Conuentui Nemoris ſancte marie ac ſucceſsoribus eorum, dedimus et conceſsimus in villa La-

ſakou et Schonenwerder, quantum vel qualiter poſsunt liberam emendi facultatem, Ita tamen vt quicquid emerint vltra XXXV manſos in Laſekou et X manſos in Schonenwerder redimere a domino Abbate et Conuentu predicti monaſterii pro tali pecunia poterimus, pro qua ipſi emere curauerunt, Exceptis X manſis in Schonenwerder ac XXXV manſis in Laſkou, In quibus prius proprietatem et poſſeſsionem pacificam habuerunt. Quod noſtri ſigilli et noſtri Conuentus appenſione fecimus roborari. Datum Colbatz, Anno domini M°. CCC°. LII., In vigilia Epiphanie domini.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 130.

XXVII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloſter Marienwalde die Dörfer Rackow, Hitzdorf, Göhren und Kölzig, ſowie den Hof Wildenow, am 30. September 1354.

Nouerint vniuerſi — Quod nos Ludowicus Romanus — dedimus — abbati et conuentui fratrum monaſterii in Mergenwold villas ſubnotatas videlicet Rakow, hitzdorph, Görn, Goltzk et curiam Wildenow cum omnibus ſuis agris — cum cenſu, pachta, precaria denariorum, frumenti et carnium, cum Judicio etc. Preſentibus ſtrennuis viris Johanne de wantſleuen, Buſsone de Arcſleuen, Nicolao de kokeritz, curie noſtre magiſtro, Petro de Breidow, Ottone de Slywen, noſtro Aduocato, et Gelfrido de krebis, militibus, necnon Gunthero de Guntherſbergh, Johanne de wedel, camere noſtre magiſtro, necnon Thiderico Morner, prepoſito Bernowenſi, noſtro prothonotario, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Arnſwold, anno domini Milleſimo Tricenteſimo Quinquageſimo quarto, In die beati Jeronimi.

Nach dem Originale der Königl. Univerſitäts-Bibliothek in Berlin — zur Ergänzung des nach einer ſchlechten Abſchrift, Band XVIII. S. 25, gelieferten mangelhaften Abdrucks dieſer Urkunde.

XXVIII. Wolfram Roweder empfängt von dem Kloſter Marienwalde ein Gut zu Rackow zu Lehn, am 12. März 1355.

Ich Wulfferam Roweder Bekhenne vnd thu wiſſlich alle den Jenen, die dieſen Brieff ſehen, horen oder leſen, Das Ich mein guth in dem Dorffe zw Rackau habe entpfangen von dem Abbte vnd von dem Conuente zw S. Marienwalde, vnd meine Rechte Erbnhamen die ſollen auch nach meinem thode ihr guth von dem Abbte entpfahen. Des hat der Abbt vnd das Conuent mir vnd meinen Erbnhamen nach meinem thode fünff hufen bedde, die Ich ſelbſt pflüge, aufs meinem hofe gelegen. Wer es aber, das Ich oder meyne Erbnahmen die fünff hufen zw pachte thetes,

ſo ſollen ſie bede geben. Vortmher ſo ſol Ich haben frey legerholtz mit einem wagen aufs meynem hofe in ihrer heide. Darvmb ſol Ich vnd meine Erbnhamen dem Gottshauſe mit allen treuen dienen. Das dis ſtett vnd veſte bleibe, Des hat Günter von Günterſberge vnd Lodewig von Haſeloue ihre Ingeſiegele gehangen an dieſen brieff, dan Ich ſelber keins hatte. Zeugen ſindt dieſer ding die vorgenanten Hermen von der Heyde, Henning Röbel, Wilhelm von Guntersberge vnd andere fromme Leute, die wol Zeugniſſes wert ſein. Dieſer brieff iſt gegeben nach Gottes geburth Tauſent Jhar dreihundert Jhar in dem fünff vnd fünffzigſten Jhare, an dem tage S. Gregorii.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 85.

XXIX. Ludwig Haſelow nimmt ein früher vom Markgrafen zu Lehn gehendes Gut in Rackow von dem Abte des Kloſters Marienwalde zu Lehn, am 11. November 1356.

In Gottes nhamen Amen. Ich Lodewick Haſeloue Bekhenne offenbhar in dieſem briefe, Das Ich mein guth in dem dorffe zw Rakow habe entpfangen von dem Gottshauſe zw Marienwalde, in allen ſtucken, als Ich das vor hatte von den Edlen Fürſten, den Marggrafen von Brandenburg. Hiervmb hat mir das Gottshauſs vnd meinen Erbnhamen geliehen die Bede vber Sechszehen huſen, Lagerholtz in der heyde, Sechs ſtehende treuge beume alle Jhar, die ſol mir der heyde Reuter weiſen, welch Zeit dar maſt wirt in der heyden, So mag Ich meine Schweyne aufs meynem hofe darinnen treyben. Zeugen dieſer ſtücke ſeint Günther Falckenwalde, Ludike Block, Ebel Bertekowe, Wiſlowe Bentin. Dieſer brieff iſt gegeben nach Gottes geburt Tauſent Jhar dreihundert Jhar in dem Sechs vnd fünffzigſten Jhare, an S. Mertens tage.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 88.

XXX. Ebel und Martin Bertekow nehmen das bisher von dem Markgrafen lehnsrührige Dorf Hitzdorf vom Kloſter Marienwalde zu Lehn, am 23. März 1357.

Wir Ebel vnd Mertin, brüder, Bertekowe genant, Bekennen offenbar in dieſem briefe, Das wir haben empfangen von dem Abbte vnd von dem Gotthauſe zw Sanct Marienwalde das dorff zw Hyſtorf an waſſer, an holtze, an ackere, mit aller gerechtigkeit, alſe wir das vor haben gehapt von den Edlen fürſten, den Marggrauen von Brandenburgk. Vortmher ſo geloben wir vor vnſere andere Brüder in trawen, welch zeit ſie mündig werden, Das ſie ſollen auch ihr guth von vnſerm herrn dem Abbte vnd von dem Gottshauſe entpfahen. Wer es, das wir vnſer guth zw

Hyſtorff wolden verkeuffen, So ſollen wir das vnſerm herrn dem Abbte vnd dem Gottshauſe erſt anbieten, was zwene vnſerer freunde vnd zwene des Gottshauſes freunde kyeſen, das das guth wirdigk ſey, dar ſol das Gottshauſs es vmb behalten, ob es ihm gadet. Iſts aber, das vnſer herr der Abbt vnd das Gottshauſs nicht wollen das guth kauffen, So ſollen wir das verkauffen Einem Redelichen Manne, der das von vnſerm herrn dem Abbte vnd dem Gotteshauſe entpfange, Das hat gethedigt Günter von Gunterſberge vnd Lüdicke Mellentin. Zw Einer gantzen veſtinge, So haben ſie auch ihre Ingeſiegel mit vnſern gehangen an dieſen brieff. Zeugen ſindt Chriſtoffel Badelow, Czabel Badelow, Brunninch Segeueldt, Otte Glumen, Otto Valwen, Herman von der Heyden, Kune Herſleuen vnd andere fromme Leute, die wol gezeugnis wirdigk ſeint. Dieſer brieff iſt gegeben nach Gottes geburth Tauſent Jhar dreyhundert Jhar in dem Siben vnd funfzigſtem Jhar, des dornſtags nach Mittfaſtenn.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 75.

XXXI. Die Gebrüder von Segefeld verkaufen dem Kloſter Marienwalde auslöslich 10 Hufen zu Göhren, am 16. April 1357.

In dem Nhamen Gottes Amen. Wir Ebel, Fritze vnd Janeke, Brüder, von Segeueldе genant, Bekennen offenbare vnd bezeugen in dieſem brieffe, Das wir mit einem beratenem Muthe vnd mit gantzem willen haben dem Abbte vnd dem Conuente zw Marienwaldе vorkauft in Einem Rechten kauffe zehen hufen in dem dorffe zw Gorne vor dritthalb hundert marck mit allem Nutz vnd mit aller gerechtigkeit, als wir ſie vor hatten von dem Edlen Furſten, den Marggrafen von Brandenburgk. Das hat auch der Abbt vnd das Conuent durch Gott vnd durch vnſers dinſtes willen vnd auch durch vnſer freunde willen volkommene macht vns gegeben. Wer es, das wir dem Abbate vnd dem Conuente zw Marienwaldе dritthalb hundert marck nu zw Sanct Mertens tage fort vber zwei Jhar widergeben zwſammene vff eyne ſtunde vnd vff denſelbigen tagk, So wollen ſie vns die zehen hufen wider mit willen laſſen, alſo ferner, als wir dieſelben möges behalten. Wer es auch, das wir ſie einem andern wolten vorkauffen oder ein ander löſen ſolte, Das ſol weſen ſonder macht. Vortmher iſts, das wir die zehen hufen nicht löſen vff den vorſprochenen beſcheiden tag, So ſol das des Abbats vnd des Conuents ewiger Rechter kauff ſein ane eyniger hande anſprache. Geben wir aber die dritthalb hundert marck in eyner ſtundt vff Sanct Mertens tagk, als vorgeſprochen iſt, So ſol der Abbt vnd das Conuent doch ſo den pacht von dem Jhar vffnhemen vor eine ſetinge vnd eine wariege: vnd alle ſtücke, als ſie vorgenant ſeint, zu haltende, gelobet mit vns Heinrich von Kalbe, vnſer Bruder Tide von Segeueldt, vnſer vetter Wylhelm von Günterſzberge, Ebel von Berthekowe, vnſer Schwager, vnd haben auch zw zeugnis vnd zw einer beſtetigung ihr Ingeſigel mit vnſern gehangen an dieſen brieff. Dieſer brieff iſt gegeben nach Godes bort tauſent Jhar dreyhundert Jhar in dem Siben vnd funfzigſten Jhar, des Sontages nach Paſchgen.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 81.

XXXII. Der Rath zu Königsberg bekundet eine Erwerbung, welche das Kloſter Marienwalde in Gr.-Laskow gemacht hat, am 18. März 1358.

Coram omnibus preſentia inſpecturis Nos Conſules Ciuitatis Konigsberg lucide profitemur proteſtantes, Quod robuſtus vir Petrus Schullebolte et proba et honeſta domina vxor eiusdem legitima, In domo cuiusdam diſcreti viri Betkini Hallen, noſtri conciuis, Anno domini M°. CCC°. LVIII°. ipſa die dominica proxima poſt Letare venerabili in Chriſto patri ac domino Henrico de Aken, Abbati in Marienwalde, viua voce noſtra in preſentia ac plurimorum virorum famoſorum ad nutum ſuum totiusque Conuentus in Marienwalde, octo manſos in villa Laſcou cum omnibus prouentibus, Jure ac Juſtitia, ſicut ipſe prius poſsedit ſuaque vxor Gertrudis ad vitalicium habuit, Reſignauerunt et reliquerunt qualibet praua cautela ſemota vel Impetitione in futurum facienda. Pro quibus idem dominus Henricus, Abbas, frater in Marienwalde, eodem die dominico huic Petro Schullebolte et ſue vxori Gertrudi prius dictis perſoluit centum marcas et viginti marcas Vinconum promptis denariis et pagauit amice, In cuius rei teſtimonium Sigillum ſecretum noſtre Ciuitatis eſt appenſum. Teſtes huius ſunt Johannes Golbin, Henrich Selre, Blume, Henning Rudenger, Hans Perſenou, Andreas Bleker, Heyne Kiwethou, Tytze Kunou, Tylmannus tunc temporis Conſules et diſcreti viri Ludolphus Schiltberch, Henningus, preſectus in Grelle, Betekinus Halle, prenominatus, et quam plures alii famoſi et fidedigni. Datum eodem die poſt Incarnationem domini preſcripto.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 131.

XXXIII. Petze Stym verſetzt dem Kloſter Marienwalde ſechs Hufen zu Lamprechtsdorf, am 1. Mai 1359.

In Gottes nhamen Amen. Wir Abbt Heinrich vnd das gantze Conuent zw Marienwalde Bekennen offenbhar In dieſem briefe, Das vns Petze Stim von Lamprechtsdorff hat Ingeſatzt mit gutem willen vnd mit beratenem Muthe ſechs hufen in dem dorffe zw Lamprechtsdorff In ſeinem rediſten guthe mit aller gerechtigkeit vnd mit allem Nutze, der dar abe kommen mag, Alſo ehr ſie dar hatte, vor funf vnd ſiebenzig margk vinckenougen. Dieſe Satzunge ſol ſtehen Alſo nu kompt zw Sanct Mertens tage vort vber vier Jhare. Vber das ſollen wir heben alle das, das dar fellet von den hufen an bruchen, an gebiete vnd an allen ſtucken, die darabe fallen mügen, nu nach Sanct Walpurgen tage wente zw Sanct Mertens tage, der nu kompt, vort vber vier Jhar, ane den pacht alleine, der nu zw Sanct Mertens tage fellet, den ſol ehr ſelbſt bören. Vortmber wher es, das ehr vns die fünff vnd ſiebenzigk marck nicht wider gebe binnen dieſen vier Jharen vff eine ſtundt vnd vff einen tag In einer Summa, So ſollen die Sechs hufen vnſer Ewiglich bleiben ahne einiger hande were vnd ahne einiger hande anſprache. Vortmber wer es, das ehr vns widergebe fünff vnd zwanzig marck nu zw Sanct Mertens tage, So ſollen die zwu hufen wider

ſeine ſein. Wer es aber, das ehr vns die fünff vnd zwanzig marck nicht wider gebe nu zw Sanct Mertens tage, So ſollen die vorbenanten ſechs hufen zwſammene ſtan, Alſo das vorgeſprochen iſt. Vortmher wer es, das das gud zw nichte würde, das Gott nicht gebe, So ſol ehr vns vorguden von dem andern gude, das ehr dar hat. Zw einer bezeugunge alle dieſer ſtuck, die hieruor beſchrieben ſindt, So haben wir vnſer Ingeſigel mit dem Ingeſiegel vnſers Conuents gehangen an dieſen brieff. Dieſer brieff iſt gegeben nach gottes geburth Tauſent Jhar dreyhundert Jhar In dem Neun vnd funfzigſten Jhar, an Sanct Walpurgen tage.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 19.

XXXIV. Die Gebrüder von Segefeld verkaufen dem Kloſter Marienwalde vier Hufen zu Göhren wiederkäuflich, am 6. Januar 1360.

In Gottes Nhamen Amen. Wir Ebel vnnd Janeke, Bruder, von Segeuelde genennet, Bekennen offenbare vnd bezeugen in dieſem briefe, das wir mit einem beraten muthe vnd mit gantzem willen haben dem Abbte vnd dem gantzen Conuente zw Marienwalde verkaufft zw Einem Rechten kauffe vier hufen in dem dorffe zw Görne vor hundert marck vinckenogen met aller nutz vnd mit aller gerechtigkeit, alſo wie ſie hatten von dem Edlen Fürſten, dem Marggrafen von Brandenborch. Des hat der Abbt vnd das Conuent durch Gott vnd durch vnſers dienſtes willen vnd auch durch vnſer freunde willen volkommene macht vns gegeben, Wer es, das wir dem Abbate vnd dem Conuente zw Marienwalde hundert margk vinckenougen nu zw Sanct Mertens tage vort vber zwey Jhar widergeben zwſammene vff eine ſtunde vnd vff denſelben tag, ſo wollen ſie vns die vier hufen wider mit willen laſſenn, alſo ferne wo wir ſie ſelber mügen behalten. Wer es auch, das wir ſie einem andern verkauffen wolten, oder ein ander loſen ſolde, Das ſol weſen ſonder macht. Ferner iſts, das wir die vier hufen nicht loſen vff den verſprochenen beſcheidenen tag, So ſol das des Abbats vnd Conuents ewiger Rechter kauff ſein ane Einiger handt anſprache. Geben wir aber die hundert marck zwſammen in einer ſtundt vff Sanct Mertins tag, als vor geſprochen iſt, So ſol der Abbat vnd das Conuent doch den pacht von dem Jhare vffnehmen. Vor eine latinge vnd eine waringe aller ſtücke, als ſie vorgenennet ſeindt, zw halten gelobet mit vns Hennig von Kalbe, vnſer Bruder. Des hat ehr auch zw Einer Zeugniſſe vnd zw einer veſtinge ſein Ingeſiegel mit vnſer beider Ingeſiegel gehangen an dieſen brieff. Dieſer brieff iſt gegeben nach Gottes geburt Tauſent Jhar Dreyhundert inn dem Sechszigſten Jhare, an dem zwelfften tage nach weynachten.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 52.

XXXV. Ludolph von Mellentin u. A. entſcheiden als Schiedsrichter über Anſprüche Bruningks von Segefeld und Albert Ruthers an das Kloſter Marienwalde in Betreff der Heide zu Driversdorf, am 8. März 1361.

Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis Nos Ludolphus de Mellentin, Cone de Hertſlo et Conradus, dictus de Cremzou, famuli, et Henningus, prefectus in Fredeberg, cupimus fore notum liquide proteſtantes, Diſſenſionem fuiſſe inter dominum Joannem, Abbatem de Marienwalde et Conuentum ſuum ordinis Ciſtertienſis parte ex vna et ſtrenuos famulos Bruningum de Zegeuelde et Albertum Ruther, parte ex altera, occaſione cuiuſdam moleſtationis et vexationis facte indebite per Bruningum et Albertum, predictos in metis et terminis merice ville Driuerſdorff, pertinentis ad proprietatem et poſſeſſionem dominorum de Marienwalde. Pro qua ſupradicta moleſtatione ſeu vexatione componenda et terminanda, prenarratus venerabilis pater et dominus Joannes, Abbas de Marienwalde ſeu predicti Bruningus de Zegeuelde et Albertus Ruther nos humiliter exorarunt et nos ad eandem cauſam finiendam tanquam amicabiles arbitros ſeu arbitratores elegerunt. Nos vero attendentes, Quia non bene colitur auctor pacis, niſi tempore pacis, bonum pacis inſpicientes, cauſam ſupraſcriptam ad nos tanquam arbitri ſeu arbitratores amicabiles aſsumentes et ſecundum Juris exigentiam et honeſtorum ac diſcretorum virorum informationem compoſuimus et terminauimus In hunc modum, videlicet, Quod mete et termini merice ville Driuerſtorp primo incipient verſus meridiem iuxta fluuen, quod effluit a ſtagno quod dicitur Wozick, Deinde ad locum vergunt mete, vbi vna pinus eſt ſita et ſignata, in qua apes habitant, et dicitur vulgo eine Beuthe. De illa pino ad quercum, que eſt terra circumdata, poſt hec ad montem, vbi eſt Stipes terra circumdatus. De illo Stipite ad vibicem terra circumdatam. De illa vibice ad vibicem angularem que vulgariter dicitur Hornizbaum. De illa ad aliam ſignatam. De illa vibice vergunt mete trans montem ad quercum ante paludem terra circumdatam. De illa quercu ad vibicem trans paludem terra circumdatam, De illa vibice ad aliam vibicem ſignatam. Deinde ad pinum terra circumdatam. Deinde vergunt mete vltra ſex vibices terra circumdatas et ſingulariter poſitas vna poſt aliam. Deinde ad aliam vibicem terra circumdatam et terminos ville Driuerſdorp et ville Woſic diſtinguentem. De illa vibice ad monticulum ante paludem verſus occidentem ſituatum, Et in hac ordinatione metarum et diſtinctionum ſit omnis diſſenſio, controuerſia et lis de ſepedictis metis inter partes ſupraſcriptas hactenus habita totaliter et eternaliter finita et omnis Impetitio poſtergata. Teſtes huius ordinationis et compoſitionis ſunt honorabiles viri et ſtrenui famuli Ludolfus de Wedel, morans in Hyſtorff, Gottfridus de Zegefelde, Jaen Valwe et Michael Snewolff, ciuis in Fredeberg, et alii quam plures fidedigni. In cuius rei euidens teſtimonium preſens ſcriptum noſtrorum ſigillorum munimine duximus roborandum. Actum in metis ſupraſcriptis et datum ibidem Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo primo, feria ſecunda proxima poſt dominicam, quando domino letare decantatur.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 145.

XXXVI. Ludolph von Mellentin u. A. entſcheiden als Schiedsrichter über Anſprüche Janeke's und Hennings von Segefeld an das Kloſter Marienwalde in Betreff der Heide des Hofes Meusdorf, am 29. März 1361.

In nomine domini Amen. Vniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum cognituris Nos Ludolfus de Mellentin, Conradus de Hertſlou, Conradus de Cremptzou et Brnningus de Zegeuelde, Recognoſcimus preſentibus publice proteſtando, Diſsenſionem fuiſse inter reuerendum patrem et Dominum Johannem, Abbatem de Marienwalde et Conuentum ſuum ordinis Cyſtertienſis parte ex vna et ſtrenuos famulos Janeken et Henningum, dictos de Zegeueldt parte ex altera, occaſione cuiuſdam moleſtationis et vexationis per Janeken et Henningum predictos facte indebite in metis merice Curie Meuſtorff pertinentis ad proprietatem et poſſeſsionem domini Abbatis et ſui Conuentus de Marienwalde prenarrati. Hanc diſſenſionem et vexationem componendam Ambe partes ſupraſcripte ad nos retulerunt et ad eandem terminandam in nos tanquam in arbitros ſeu arbitratores compromiſerunt. Nos donum noſtri Saluatoris attendentes, per ſe ipſum donantis et dicentis, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, vtilitatem pacis Intuentes, Cauſam memoratam ad nos tanquam arbitri ſeu arbitratores pacifici aſſumpſimus et ſecundum diſcretorum et honeſtorum virorum informationem et Juſticie formam eam compoſuimus et terminauimus in hunc modum, videlicet, quod ſepedictus Abbas Joannes vna cum conuentu ſuo obtinere et pacifice poſsidere debet, vexatione et Impetitione poſtergata vniuerſa, omnes fines et terminos, metas et diſtinctiones, ſicuti antiquitus ſunt diſtincti et diſtincte et in ſuis locis locati et locate et ſicut ſepedictus dominus Joannes, Abbas, et Conuentus ſuus iam dictas diſtinctiones et metas, fines et terminos habuit in litteris Jacobi Mortſines ſcriptas et ſcriptos et literam eiuſdem Jacobi habet ſupra ſepedictas metas et diſtinctiones ſcriptam et ſuo ſigillo ſigillatam. Preterea ad confirmationem et ſtabilitatem ſupra dicte amicabilis compoſitionis iam ſepedictus dominus Joannes abbas cum Conuentu ſuo, memorato Janeken vnum altare aſsignauit in eccleſia ſua, In quo memoria parentum ſuorum et fratrum et ſororis et ſui ipſius in perpetuum peragatur. Nec non eundem Janeken participem fecit plene fraternitatis et omnium bonorum operum, que apud iam dictum monaſterium, ſi admiſerit Clementia ſaluatoris. Et in hoc omnis Impetitio et moleſtia, Lis et Controuerſia a ſepedicto Janeken facta in metis et terminis merice Curie Meuſtorff contra predictum Conuentum de Marienwalde conſtat et eſt terminata totaliter et ſopita. Actum et datum ſuper Molendinum Wogarde, Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo primo, feria ſecunda infra octaue paſche, Preſentibus et teſtibus Janekino et Henningo, dictis Zegeuelde, Petro, dicto de Sallentin, et Sichow, dicto Stein, et fratre Joanne Staffeld, cellario in Marienwalde, et fratre Andrea, magiſtro equitature ibidem et aliis quam pluribus fidedignis. Poſtremo vt hec amicabilis compoſitio rata et firma maneat et Inconuulſa preſentem paginam noſtrorum ſigillorum munimine validiſsime roboramus.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 146.

XXXVII. Petze Stym und ſein Bruder, der Schulze in Woldenberg, verkaufen dem Kloſter Marienwalde 20 Hufen zu Lamprechtsdorf, am 21. März 1361.

In nomine domini Amen. Ad rei geſte memoriam ſempiternam Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentia Cognituris Nos Conſules Ciuitatis Woldenberg recognoſcimus publice proteſtantes, Quod Peze dictus Stym et vxor eius Katherina vna cum fratre eius Gyſone, prefecto in Woldenbergk Ciuitate predicta, matura conſilio prehabito, non coacto modo, ſed bona et libera voluntate, vendiderunt preſentibus et venduut, reſignauerunt et in biis ſcriptis reſignant religioſis et reuerendis viris domino Joanni, Abbati in Marienwalde, totique conuentui ibidem viginti manſos ſitos in rampis et metis ville Lamprechtsdorff cum omnibus pertinentiis ſuis et vtilitatibus vſu fructibus ſuis, pactu, pullis fumalibus et pactualibus cum collatione eccleſie cum medietate Judicii prefecture cum vno taberno (ſic) et ſi aliquid in precaria habuerunt, Aut ſi vxori prenarrati Pezen, Katharine preſcripte, aliqui manſi ex pretactis viginti manſis fuerint in dotalicium collati totum vendiderunt et reſignauerunt, Et ipſa prenominata Katherina beneuole et benigne reſignauit cum tali Jure, ſicut ipſi et parentes eorum ſepe dictos vinginti manſos in Lamprechtsdorff poſſederunt, pro quadringentis et viginti quinque marcis monete Stetinenſis, Et in hac venditione tota briga et controuerſia inter predictos religioſos et reuerendos viros dominos de Marienwalde et ſepedictum Petzen Stym habita erit totaliter concordata, ſedata et ſopita, In cuius rei teſtimonium noſtre Ciuitatis publicum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum in Woldenberg, Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo primo, dominica die in ramis palmarum. Preſentibus et teſtibus Arnoldo de Oſten, Ludolpho de Mellentin, Gunthero de Gunterſberg et Conrado de Crempzou, famulis ſtrenuis, et Nicolao Hoine, Petro Lentzen, Conrado Doberpol et aliis quampluribus fide dignis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 20.

XXXVIII. Die Stadt Woldenberg bekundet, daß der Abt zu Marienwalde das Kaufgeld für Peter Stym's Gut zu Lamprechtsdorf vollſtändig gezahlt habe, am 20. April 1362.

Vniuerſis Chriſti fidelibus, Ad quorum notitiam preſens ſcriptum peruenerit, Nos conſules Ciuitatis Woldenbergk recognoſcimus preſentibus publice proteſtantes, Quod reuerendus vir frater Joannes, Abbas in Marienwalde, vna cum conuentu ſuo perſoluit et pagauit integraliter et numerauit Trecentas et quinquaginta marcas monete Stetinenſis petro dicto Stym, noſtro ciui dilecto, pro manſis ſuis omnibus et bonis aliis ſuis, quos manſos et que bona predictus Petrus Stym in villa Lamprechtsdorff predicti domini Joannis Abbatis et ſui conuentus quondam habuit et poſſedit. Nec non ſepedictus petrus Stym vna cum vxore ſua predictos manſos cum omni Jure eorum et cum omnibus pertinentiis ſuis, quocunque nomine cenſeantur, libere et beneuole reſignauerunt. Preterea prenarratus Petrus Stym et vxor eius omnes promiſsores ſeu

fideiuſsores domini Johannis Abbatis et ſui conuentus ſepius memorati et eundem dominum Johannem Abbatem cum conuentu ſuo de Marienwalde a promiſsione ſeu ſolutione ac quietatione trecentarum marcarum et quinquaginta marcarum dimiſit liberos penitus et ſolutos. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum in Woldenbergk, Anno domini M°. CCC°. LXII°., Feria quarta infra octauas paſche, preſentibus et teſtibus Nicolao Oine, Petro Lentzen, Conrado doberpol, Johanne Hugert, Joanne Stubbow, Conrado Hauelandt et Nicolao Zachou et aliis quam pluribus fidedignis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 21.

XXXIX. Abt und Convent zu Marienwalde leihen Nicolaus von Wildenau Hufen und Koſſäthen zu Lamprechtsdorf für ſeinen Hof Wildenau, am 24. Oktober 1362.

